



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum
speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata ut
Sacramento, & ut sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, &
Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-unctione, & demum de Ordinis
Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatus XXV. Et disputatio vnica, De Bulla Cruciatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)



TRACTATUS XXV.

ET

DISPUTATIO VNICA,

DE BVLLA

CRVCIATÆ.

T prædicto tractatu de *Suffragiis, Indulgentiis, & Indulgentiis*, nihil desit, placuit ei annexere præsentem de Indulgentiis, priuilegiis, & facultatibus, quæ in Bulla Cruciatæ conceduntur, Claritatis gratia, summarium Bullæ ad hunc ordinem reducemus. Primò, de conditionibus necessariis ex parte fumentis Bullam, vt Indulgentias, gratias, & facultates ibidem concessas consequatur. Secundò, quæ indulgentiæ concedantur. Tertio, quæ priuilegia, & dispensationes. Quarto, quæ facultates, & gratiæ, ibi tum fumentibus Bullam, tum Commillario. Quibus enodatis, omnia, quæ in Bullâ continentur, aperta erunt.

PUNCTVM I.

Quid nomine Bullæ, Indulgentiæ, priuilegij facultatis, & gratiæ significetur.

1. Nomen Bullæ vnde dicatur.
2. Vnde dicatur Cruciatæ.
3. Indulgentiæ nomen, & materia declaratur.
4. Explicatur priuilegium.
5. Quid facultatis nomine significetur.
6. Quid gratiæ.
7. Differentia inter supradicta.

NOMEN Bullæ varias habet significaciones, teste Ambr. Calepin. verbo. *Bulla*, Alex. ab Alexand. l. 2. dicitur. *gentia*. c. 19. & l. 5. c. 18. Rebuff. in *praxi benefico*. x. p. tit. *Nona Bulla declaratio*. c. 40. n. 3. & 5. Sed ea significatio est præcipua, qua significatur aureum illud signum, figuram cordis habens, à collo appensum, inclusis intra illud remediis aduersus inuidiam validissimis, quod Romani Imperatores, & filij Patriariorum gestabant, de quo Plin. 33. *hist. c. 2.* & Alexand. ab Alexand. *dicto* l. 5. c. 18. Hinc ergo deriuatum est nomen, *Bulla*, ad significandum signum illud aureum, vel plumbeum, quod ex Litteris apostolicis pendet, & tandem applicatum est, vt significet totum Diploma, seu Litteras apostolicas, si prædictum signum authenticum habeant, sicuti resolut communis sententia Canonistarum in cap. *Ad audientiam de nomine falsi*. Glossa in *Clement. 1. de iure iurando, in fine*; & notauit specialiter Rebuff. *dicto* c. 40. n. 3. Sebastian. Acosta de Andrade in *explicat. Bullæ*. q. 1. proxi. mol. Anton. Gomez. *eodem*. tit. c. 1. Villalobos *sum. 1. p. irac.* 27. in *proemio*. n. 1.

2. Dicitur præterea hæc Bulla, *Cruciatæ*, vt inquit Domin. Sotus. *n. 4. dist. 21. q. 1. art. 2.* & 3. Andrade. Anton. Gom. & Villalob. *supra*. quia continet indulta, gratias, & priuilegia valde similia his, quæ concessa fuerunt tempore Urbani II. & Innocent. III. omnibus illis, qui pro recuperatione terra sanctæ aduersus Turcas ibant pugnaturi, gestantes Cruces rubeam in pectore, vt in vita ipsius Urbani referunt Platina, Anton. Illecas, & alij; & colligitur ex cap. *Ad liberandum de Iudæis*. & tradit Gloss. *Clement. 1. §. Ad hæc. de penitent. & remiss. verbo, A pœna*. Nicephor. *lib. 7. ecclesiast. cap. 46.*

3. Nomen, *Indulgentiæ*, vt constat ex iis, quæ præcedenti tract. *pun. 2.* diximus plures significaciones continet, quas in præfenti expendant latè Anton. Gom. *cap. 2. Bellarm. lib. 1. de indulgent. cap. 1.* Propria tamen indulgentiæ significatio est remissio, seu contemptio facta delinquenti. Hinc indulgentiam ecclesiasticam definiunt communiter Doctores apud Henric. *lib. 7. de indulgent. cap. 1. n. 2.* Acosta de Andrade *q. 3.* vt fit pœnæ temporalis pro peccato debite relaxatio extra sacramentum, ex applicatione thesauri Christi, & Sanctorum

culpa remittitur, sed pœnæ temporalis, quæ remissa culpa, & pœnæ æterna, solet manere luenda in hoc sæculo, vel in futuro in Purgatorio, iuxta textum in Extrauag. *Vnigenita de penitent. & remissionib.* Dicitur relaxatio pœnæ temporalis, & non penitentia iniunctæ, vt voluit Caiet. *Opusc. de indulgent. cap. 2.* quia per indulgentiam non tollitur directè penitentia iniuncta, sed solum quatenus tollitur pœna, pro qua faciendâ penitentia iniuncta erat: neque etiam est relaxatio pœnæ in foro iudiciali, & contentioso impositæ, sed pœnæ coram Deo debitæ pro culpis commissis. Fit autem hæc pœnæ remissio extra sacramentum: quia ea, quæ in Sacramento fit, non indulgentia, sed absolutio sacramentalis appellatur, & cum remissione culpæ coniungitur: pendet enim ex absoluteione sacramentali peccatorum, à qua non pendet indulgentia: hæc enim obtinere poteris, si in gratia existas, & si nullam absoluteionem sacramentalem receperis. At, quia hæc remissio nunquã gratis fit, sed solutione sufficienti exhibitâ: ideo pro illius consecutione applicat Pontifex ex satisfactionibus Christi Domini, & superabundantibus B. Virginis, & Sanctorum, quid necessarium est, vt condigna fiat remissio; applicat, inquam, eam satisfactionem pro fidelibus viuus in modum absoluteionis, pro defunctis in modum auxilij, & suffragij, de quibus in præcedenti tractatu satis dictum est, & latè docet in præfenti Anton. Gom. *c. 2. n. 10.*

4. Priuilegium est priuata lex contra generalem iuris communis dispositionem, & priuatis personis concessum, vt probat text. in cap. *Priuilegium 3. dist. cap. fin. 25. q. 1. leg. Singulari. ff. de legib. & tradit Syluest. verbo Priuilegium*. Rebuff. in *praxi. tit. Differentia inter priuilegium*. n. 3. & 4. Gregor. Lopez *leg. 2. tit. 18. part. 3.* Neque ab indulto differt, sed pro eodem usurpatur, vt colligitur ex cap. *fin. Vt pendere & ibi* Glossa verbo, *indulgentiam*. cap. *Dudum*. cap. *Ex ore de priuilegiis*. & tradit Roman. *conf. 436. quod incipit: Quoad indultum*. n. 1. & seqq.

5. *Facultas* nomen est generale, quo Bulla virtus, & completur omnia indulta, priuilegia, & gratias, quæ ibidem continentur. Specialiter facultas est potestas exercendi actum, qui aliàs exerceri non poterat, iuxta illud Plinij: *Si mihi facultas daretur vtram mallem eligendi.*

6. *Gratia* multa significat, vt notat Alen. 3. *p. sum. quest. 69. memb. 1. art. 1.* Gloss. *Clement. 1. de Magist. sed præcipuè sumitur pro beneficio à Summo Pontifice collato, c. Gratia de rescript. in 6. & Clem. Gratia eodem. tit.*

7. Ex his omnibus constat discrimen inter indulgentiam, priuilegium, facultatem, & gratiam. Nam indulgentia est relaxatio pœnæ temporalis debite pro peccatis. Priuilegium est dispensatio legis communis alicui facta. Facultas est potestas exercendi actum, siue iuri communi aduersum, siue non. Gratia est beneficium à Romano Pontifice concessum, idè quæ indulgentiæ, priuilegiis, indulta, & facultates in hac Bulla concessa, gratiæ dici possunt, quia ex munificentia Romani Pontificis conceduntur. Quæ omnia sigillatim enodabimus. Non enim est relaxatio pœnæ æternæ: hæc enim simul cum

PUNCT. II.

PUNCTUM II.

Quibus Bulla proficit, & quas condiciones habere debeat.

1. Prodest pueris, & usu rationis carentibus.
2. Prodest omnibus fidelibus commorantibus, vel aliquo modo ad regna Hispania declinantibus.
3. Sumpta Bulla, esto, ad externa regna diuertat, vti potes illius privilegii excepto ciborum privilegio.
4. Hispani in exteris regnis commorantes sumere non possunt Bullam medio internuntio.
5. Requiritur Bulla suscepio.
6. Item, illius apud te retentio, sed non ex necessitate.
7. Item, nomen proprii scriptio.
8. Item exhibitio elemosina per te, vel per alium.
9. Ex turpiter, iustaque acquisitis sumpta Bulla prodest.
10. Qualiter Religiosi sumere Bullam possint, & debeat Pralatus licentiam concedere.
11. An Minores non sumpta Bulla illius privilegii fruuntur.
12. Prodest Bulla, etiam si excommunicatus accipias.
13. Item, etiam si accipias in statu peccati mortalis.

Bullam alicui prodesse, est, posse virtute illius indulgentiis, gratiis, privilegiis, & facultatibus *ibidem* contentis frui. Igitur bulla prodesse potest usu rationis carentibus, vti docuit Henricus, lib. 7. de indulgent. cap. 20. num. 8. Nam phrenetico, tempore interdictionis, virtute Bullae Sacramentum Extremae Vnctionis ministrari potest in mortis articulo, & Eucharistia, necnon ab excommunicatione absolutus, & plenaria indulgentia concedi. Pueris item prodest, vt tempore interdictionis decedentes cum quadam pompa, videlicet, cum Missa in gratiarum actionem in loco sacro sepeliantur. Vt autem Officii diuini intersint tempore interdictionis amentes, & pueri doli non capaces, Bulla non indigent: quia interdictionum humanam tantum, & rationalem assentientiam prohibet, vt bene aliis relatis notauit Henricus, dicto c. 20. Suar. tom. 5. de censur. disp. 36. sect. 2. n. 7. & disp. 34. sect. 1. n. 34. At, si pueri doli capaces existant, vt factis intersint tempore interdictionis, bullae privilegio indigent, vti docuit Couarr. cap. Alma. 2. p. 4. n. 3. illar. 12. sicuti etiam indigent, vt tempore Quadragesimae ouis, & lactinia edere possint: & notauit Henricus in comment. lib. 2.

1. Secundo, bulla prodest non omnibus fidelibus totius mundi, sed illis duntaxat, siue seculares, siue regulares sint, qui in Hispaniarum regnis, & insulis adiacentibus, atque etiam Sardinia, & Sicilia consistunt, necnon & aliis exterarum nationum, qui in praedictis locis Hispaniarum Regi subiectis commorantur, vel etiam ad ea declinant, sicuti expressè habetur in Summario Hispano, ibi: *Primeramente su Santidad concede a todos los fieles Christianos de los dichos Reynos, y señoras, moradores, e habitantes en ellos, y a los que a ellos vinieren, en ellos se hallaren.* & tradit Henricus, cap. 2. n. 6. Acolta de Andrade in explicat. Bulla, q. 16. Gomez in Bulla, c. 3. n. 1. Villalob. dicto 47. 27. in tit. 2. Man. Bull. §. 1. n. 7.

2. Hinc inferitur, sumpta Bulla à commorante in praedictis regnis, tamen ad aliena regna diuertat, vti posse bulla, durante anno publicationis: quia est privilegium personale, quod personam comitatur, ex reg. Privilegium. de reg. iuris, in 6. & tradit Innocent. IV. in cap. Volentes de privileg. in 6. in fine, §. 1. Ab hac tamen regula excipitur privilegium comedendi carnes ex consilio viri, quae Medici in diebus prohibitis, & vescendi pro libito ouis, & lactiniis, vti habetur in Bulla Latina, quae sic inquit: *Item, vt dicto anno durante in omnibus, & singulis regnis, insulis, locis, &c. (& non extra illa) carnis de consilio viri, quae Medici, temporibus ieiuniorum totius anni, etiam quadragesimalibus vesci, ac pro eorum libito ouis, & lactiniis.* Et merito haec exceptio fit, ob periculum scandali vitandum. Hincque sumitur argumentum, reliqua omnia privilegia diuertentibus in alia regna concedi: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, vt bene Syluester verbo Alienatio: & colligitur ex cap. Dominus 32. quest. 7. & ibi Glossa, & tradit in praesenti Henricus, Andrade, & Villalob. loc. alleg.

4. Secundo fit, Hispanos in exteris regnis commorantes non posse vti bulla medio internuntio in Hispania suscepta, quia solum commorantibus in locis Hispaniae, vel ad ea diuertentibus bulla concessa est: est enim regionis privilegium, & ratione illius hominibus, qui in ea habitant, vel obiter adfunt. Atque ita notant Henricus, dicto cap. 20. Villalob. tractat. 27. in proxim. num. 4. Verum non desunt graues Doctores, Pater Bonaventura, Ioan. Chacon, Ioan. de Salas in manuscriptis, qui improbabile non reputant, bullam prodesse Hispanis extra Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis bullam suscipiat, quia hanc principalis bullae est subdium pecuniarum factum nostro Regi pro expensis belli contra infideles. Quod

Ter. de Castro. Sum. Mor. Part. IV.

verò fiat personaliter, & praesentialiter in illis regnis, vel interposita persona, parum videtur referre. Sed displicet prorsus haec sententia, vt pote quae aduersa privilegii verbis, quae solum exprimunt habitantes in regnis Philippo subiectis, vel ad ea declinantes, alios non solum Hispani, sed exteri omnes frui bulla possent, si aliquis in Hispania bullam pro ipsis susciperet, quod credendum non est. Non enim est intentio Pontificis, vt noster Rex pecuniam ab illis accipiat, qui nec ratione domicilij, nec transeuntis habitationis illi subiciuntur.

5. Quoad condiciones verò, quas fruente bulla habere debent: Prima est, illius realis susceptio, per se, vel per alium: quia sic cauetur, tam in Bulla Latina, quam Hispana. Quare non sufficit, te habere animum illum sumendi, nec nomen scriptum apud depositarium, si bullam cum effectu non suscipias: & docuit Henricus, lib. 7. de indulgent. cap. 20. num. 5. Acolta quest. 12. Man. in expos. Bulla, §. 5. num. 2. Villalob. clausula 12. num. 12. Neque obstat in aliis privilegiis necessarium non esse scriptum bullae suscipere, vti docuit Syluester, verbo, Privilegium, quest. 14. & Armilla ibi, n. 10. At in hoc privilegio ea susceptio necessaria est ob verba illius expressa. Dixi, per se, vel per alium: quia, qui per alium sumit bullam, verè illam sumit, moraliter loquendo: neque enim haec susceptio ita personalis est, vt per alium fieri non possit, sicut tradit Cordub. lib. 5. q. 26. Henricus, lib. 7. cap. 20. num. 5. Suar. tom. 4. in 3. p. disp. 52. de indulgent. sect. 7. num. 5. Anton. Gom. pag. 1. num. 7. Villalob. dicta clausula 12. num. 22. Oportet autem, si bulla per alium accipiat, te incipio, vt illius acceptionem ratam habeas, alios indulgentiis, & privilegiis frui non posses, cum nequeas dici illam accepisse. Sic expressè Suar. Cordub. Villalob. supra. Non tamen requiritur, vt euidenter scias, alium accepisse, sufficit, si certus moraliter sis illius acceptionis, vti esse potes, si omnibus annis tempore publicationis tuus pater omnibus domesticis Bullam sumit, vel, si amicus fidelis fidem dedit de illa suscipienda: haec enim moralis certitudo prudentem operationem reddit. Atque ita tradit Henricus, l. 7. cap. 20. n. 3. & in comment. lib. 7. Villalob. clausula 12. n. 25. Quòd si accepta à te bulla, amicus alteram tibi acceperit, si nomine tuo acceperit, vel illius acceptionem ratam habuisti, nequis alteri sumptam bullam applicare: quia tibi vtramque applicuisti. At, si Bullam tibi ab amico acceptam non acceperis, poteris eam alteri, vel gratis, vel sub eadem stipe concedere: quia ea bulla nullus est, cum à nemine sit acceptata, ac proinde nomine Commissarij eam alteri concedis. Neque praesumendum est, Pontificem, & Commissarium velle fideles grauate plurimum bullarum sumptione, cum vna sufficiat. Neque ab hac transmissione impeditis, tamen si nomen tuum in bulla sumpta ab amico scriptum sit: quia facile deleri potest, & nomen illius, cui bulla porrigitur, scribi. Praeterquam quòd nomen inscriptionis, vt statim dicemus, necessaria non est. Sic notauit Henricus, lib. 7. cap. 20. num. 5. Villalob. clausula 12. n. 23. Neque obinde censendus es deprauare, vel mutare Litteras apostolicas, sed quod ex ignorantia, & bona fide ab amico, vel Commissario factum est, corrigere, vti aduertunt Henricus, & Villalob. supra.

6. Secundo, requirunt aliqui, vt susceptam bullam apud te retineas: nam bulla eodem tenore exposulatur susceptionem, & retentionem. Inquit enim bulla Latina Summarium hoc: *Qui huiusmodi gratiarum participes esse voluerint, recipiant, & retineant.* Et Commissarius in bulla Hispana in haec verba erumpit: *Declaramos que los que la tomaren, ayan de recibir, y guardar este sumario, y Bulla queua impresa de modo, y sellado de nuestro sello, porque de otra manera non ganen la dicha Bulla, ni gratias della.* Censetur autem sufficienter apud te Summarium retinere, si apud amicum habeas: quia ipse nomen tuo habet. Verum probabile satis censo cum Henricus, plures referente l. 7. cap. 20. n. 3. Acolta q. 12. §. Secundo requiritur Anton. Gomez ad vndecimam clausulam, n. 14. Villalob. clausula 12. n. 24. solum retentionem instantaneam, non continuam, & perseverantem necessariam esse, seu illam retentionem, quae necessaria fuerit, ne bulla ad manus depositarij redeat. Quare, si semel suscepta bulla, & in tuam translata potestatem percat, maxime absque culpa, non obinde privilegii, & gratiis illius priuatis: quia credendum est, Pontificem, & Commissarium solum velle, vt è potestate depositarij in tuam potestatem transeat, siue postea percat, siue non: quia bullis apud depositarium relictis, multa fraudes olim exercebantur, idcirco aduertit Emman. Rodrig. §. 12. n. 17. in instrum. Cruciat. §. 10. praecipit fuisse receptoribus, & collectoribus sub poena 30. aureorum, & inhabilitatis ad quoduis Cruciat. manus, vt bullam semel datam, nec repetant, nec recipiant.

7. Tertiò, videtur necessarium nomen proprium in bulla scribi: quia sic cauetur in bulla Hispana illis verbis: *Escribo en ella vuestro nombre.* idcirco receptoribus sub poena excommunicationis praecipitur, vt nomen capientium in bulla scribant. Ceterum, est hoc ex conuenientia faciendum sit, sed non ex necessitate ad valorem bullae: quia in bulla Latina haec conditio non exigitur, & Hispana eam non postulat, vt necessariam conditionem, sed refert, quod communiter fit, dicens:

Y por quanto vobis N. dñis dos reales, e y tomastes esta Bula escrito en ella vuestro nombre.

8. Quarto opus est, vt eleemosynam signatam soluas per te, vel per alium, vel obligationem soluendi facias: quia hæc solutio æquiualeat. Neque his obstat, quod depositarius gratis tibi bullam concedere non possit, potest vtrique, quia tunc ipse subit obligationem soluendi. Atque ita tradunt Henrici. *dicto cap. 20. num. 5. Villalob. clausul. 12. n. 26.* Quod si accipias, absque animo soluendi, non tibi proderit: quia est priuilegium sub conditione huius subsidij temporalis concessum, vt bene notauit Man. Rodrig. *addit. ad §. 1. sua exposit. Bull. numer. 15.* Quemadmodum non prodest, si ex alienis, quorum nec dominium, nec vsum habes, ea suscipias, quia eo casu nihil dominas, ideoque in bulla dicitur: *Si de suis bienes liberalmente contribuyeren con la limosna infra escrita.* &c. & ita tenet Man. Rodrig. *in addit. ad Cruciat. §. 1. n. 15. Villalob. clausul. 4. n. 3. Acosta. quest. 12. Anton. Gom. ad 11. clausul. n. 8. & probat ex text. in cap. Non est putanda. 1. q. 1. vbi, qui ea intentione accipit, vt bene dispenset, potius grauat, quam iuuatur: nam hostiæ impiorum abominabiles sunt Domino.*

9. Hinc tamen ne inferas, Bullam non prodesse meretrici illam ex turpiter acquisitis fumentis, vel iudici ex acquisitis ob iniustam sententiam, vel assassino ob homicidium patratum: quia esto hi turpiter acquisierint, non tamen iniuste, ideoque acquisitorum dominium, & vsum habent, ac proinde illorum donationem facere possunt. Sic Villalob. *dict. tract. 27. clausul. 4. n. 4.* Quinimo ex iniuste acquisitis, qualia sunt ex contractu usurario, vel ex furo, & rapina, si tamen ita propriis permixta sint, vt ratione mixtionis illorum dominium acquiras cum obligatione restituendi, si Bullam sumas, tibi proderit: quia sumis ex propriis, tamen si illicite, si aliunde non habeas, quo restituas, & creditoribus satisfacias.

10. Superest dicendum de religiosis, qui nullius pecuniæ dominium habent, nec vsum, nisi ex superioris voluntate, qui contradicente superiore non videntur posse bullam sumere, vt illis prodest. Quia in re certum est, ex bonis Conuentus superiore in consilio non posse Religiosum sumere Bullam: quia sumeret ex alienis, neque superior obligatus est consentire susceptioni: quia esto sit opus pium: non tenetur in omnia opera pia arbitrio subditorum bona conuentus expendere: sed in ea tantum, quæ sibi placitum fuerit. Verum, si religiosus pecuniam habet, quam ex superiorum licentia in propriis vsum expendere possit, poterit ex ipsa bullam sumere, quia est vsum satis sibi commodus. Quod verum credo, etiam si prelati pro suscipienda bulla illius pecuniæ vsum prohibuerit: quia inique prohibet, cum in alios vsum minus commodos, & honestos concedat, & Pontifex supremus religiosorum prelati, ne hæc iniquitates locum habeant, præsumitur licentiam concedere. Illud certum, si ab amico suscipiat bulla religioso tradenda: debere prelatum consentire, vt religiosus illam suscipiat, alias Pontifex censetur negationem emendare. Sic tradit Acosta *in explicat. Cruciat. q. 106. Villalob. clausul. 12. n. 26.* Subiungit autem n. 28. ex Rodrig. *in addit. §. 9. num. 6.* posse prelatum vsum bullæ in vna, vel alia facultate limitare, iuxta id, quod habetur in *Compend. priuileg. Societatis Iesæ, verbo Gratia. §. 2.* Sed hæc doctrina grauem parit difficultatem inferius examinandam. Prælati namque propria autoritate limitare non potest Pontificis concessionem, vt potest quo est inferior, sed necessario hanc potestatem habere debet ab ipso Pontifice. Superest autem examinare an per nouam bullæ concessionem, & per suspensionem Commissarij omnium facultatum, quæ vsum bullæ obstant ea facultas suspendatur: nam si suspenditur, nequit prelati eam facere limitationem.

11. Denique subiungit Villalob. *d. clausul. 12. n. 30. ex Cordab. in ann. ad Compend. verb. Cruciatæ, §. 5.* Minores, non suscepta bulla, illorum priuilegijs sui posse ex concessionem Pauli III viua vocis oraculo facta. 2. Junij, 1533. dummodo sacerdotes loco eleemosynæ duo sacra faciant, religiosi clerici bis psalmos penitentiales recitent, laici vero dicentes *Pater noster, & Ave Maria.* Verum esto, hoc pie factum sit, dubito maxime an post Pauli III prædicta concessio vigorem habeat, tum ob reuocationem, seu suspensionem omnium facultatū, & priuilegiorum, quam Pontifex, & Commissarius facit omnibus illis, qui Bullam non sumplerint: tum quia Religiosis aliorum Ordinum idem priuilegium esset concessum per viam communicationis, qua ferè omnes religiones inter se gaudent: quod sine dubio cederet in graue expeditionis Bullæ detrimentum. Non igitur prodesse potest vllis religiosis, etiam Minoribus, bulla, nisi de facto eam suscipiant. Neque est leue signum huius veritatis, quod nullus alius Doctor præter Cordubam, eam potestatem religiosis concedit, quæ si esset secura & a reliquis bullæ expositibus admitteretur.

12. Quinto, requirunt aliqui, ne excommunicatus existas, cum bullam suscipis, eò quod rescriptum, seu litteræ apostolicæ ab excommunicato impetratæ super alio articulo, quam excommunicationis non valent, vt ex cap. 1. de rescript. in 6. docent Syluest. verbo, *Rescriptum, q. 2. Angel. ibi, & verbo,*

Excommunicatio, vlt. §. 14. Nauar. cap. 27. num. 22. & seqq. Sed immerito hæc conditio expostulatur: quia tu non impetras, non bullam à Pontifice: sed Rex Philippus impetrat, tam in tui fauorem, quam in fauorem suorum regnorum, & totius Christiani populi per subsidium Bullæ defendendi, & dilatandi: ideoque tibi excommunicatio proderit, vt ab excommunicatione absoluaris; tum, vt frui possis alijs priuilegijs, quæ cum excommunicatione non pugnant. Quare, si vera esset opinio Nauar. c. 27. n. 18. excommunicatum contritum posse indulgentijs, & alijs, Ecclesiæ suffragijs sui proteris indulgentijs *ibidem* concessas obtinere: tamen si excommunicatus susceperis, dummodo contritus sis. Nec mirum est, in hoc euentu apostolicas Litteras excommunicato prodesse: nam in multis casibus Litteræ apostolicæ impetratæ ab excommunicato valent, vt notat Geminian. *dicto cap. 1. de rescriptis in 6. & Angel. verbo rescriptum §. 1.* Atque ita valere Bullam in excommunicatione suscepram, docuit, Man. Rod. *in addit. ad Cruciat. §. 1. n. 10. Villalob. in proemio, n. 6.*

13. Sexto, Caiet. *tractat. 10. de indulgent. cap. 2. & tract. 15. cap. 9. & 10.* expostulat, vt indulgentias Bullæ consequi possis, gratiam tempore, quo bullam sumis. Mouetur ex eo, quod existimat, omnia opera ad consecutionem indulgentiæ requisita præstanda esse ab homine iusto: quam doctrinam *tract. præcedenti* non probamus: sed potius asserimus sufficere, vt tempore, quo indulgentiam concedenda sit, homo in gratia existat. Quinimo hic est vnus ex præcipuis finibus concedendi bullam, vt si forte suscipiens peccatis grauetur, possit mediante bulla à peccatis absolui, & gratiam Dei obtinere, & indulgentias consequi. Non igitur est necessarium existere in gratia, cum bullam suscipis. Atque ita docent Henrici. *lib. 7. c. 9. num. 7. Acosta in Bull. quest. 15. Villalob. d. tract. 27. in proemio, num. 5.*

PUNCTVM III.

De tempore, quo Bulla Cruciatæ fumentibus prodest.

1. Tempus est annus publicationis.
2. Quando finiatur annus.
3. Proponitur quedam obiectio pro maiori præcedenti doctrina declaratione.
4. Priuilegium Bullæ perueniat, tamen si Pontifex, & commissarius de vita decedant.
5. Non reuocatur ob publicationem Bullæ Cœna.
6. Finito anno publicationis cessant omnia priuilegia.

1. **E**ti verum sit, antiquitas Cruciatam concedi sine limitatione temporis, & postmodum ad duos annos extendi: at in præfenti restricta est ad vnum annum computandum à die publicationis illius loci, in quo bulla sumpta est, vt habetur expressè in *Summario*, ibi: *Item, concede su Santidad à todos los Jofredichos, que durante el dicho año, que corre desde el dia de la publication desta Bula en cada lugar, &c.* Quare non est computandus annus à die publicationis illius loci, in quo resides, vel à die publicationis in Ecclesia cathedrali, sed à die publicationis loci, in quo Bullam suscipis, vt bene notatur Vega *cap. 43. casu 9. Henrici lib. 7. c. 20. n. 1. Villalobos 1. t. summ. tract. 27. clausul. 4. num. 7. Ioann. Sanch. in disp. select. disp. 55. n. 8.*

2. Sed, quando hic annus finiatur, non constat inter Doctores. Nam aliqui existimant, finiendum esse, sicuti annum naturalem, & vulgarem, qui constat 365. diebus, & anno bissextili 366. Aliis probabilius placet, motu Ecclesiastico esse finiendum, nempe, ab vna publicatione loci, in quo sumpta est bulla, vsque ad sequentem publicationem; tamen si aliquot dies post annum naturalem finitum secunda publicatio fiat: quia toto eo tempore pro anno Ecclesiastico reputatur, sicuti in præcepto Communionis contingit ex benigna Pontificis, & Commissarij mentis interpretatione. Sic pluribus firmat Henrici. *lib. 7. de indulg. c. 20. n. 2. Villalob. d. tract. 27. clausul. 4. n. 8. Ioann. Sanch. disp. 55. select. n. 2.* Quod si de facto sequens publicatio non expectetur, vel animo careas sumendi Bullam non tibi licebit vltra annum vulgarem, & naturalem bullam extendere, vt de se constat. Quinimo addit Ioann. Sanch. *disp. 55. select. n. 9.* computandum esse annum à die publicationis illius loci, in quo sumpta est bulla, vsque ad sequentem publicationem illius loci in quo de facto te inuenis, quando sequens bulla promulgatur; tamen si aliquot dies, vel menses hæc secunda publicatio posterior fiat. Vnde, si Matrivi existens accepisti bullam, quæ primo die Aduentus anni 1630. fuit publicata, & profectus es Hispaniam, vbi in Septuagesima publicatio fit, affirmat prædictus Author extendi tibi bullam vsque ad Septuagesimam anni 1631. ex præsumpta voluntate Pontificis, ne cogaris Matritum redire ad accipiendum nouam bullam, vel duobus mensibus bulla carere absque tua culpa. Quod pie dictum est.

3. Dies, ex hac doctrina inferri, tibi sapè finiri Bullam ante annum naturalem: v. g. Accepisti Bullam Hispani primo die Septuagesimæ, qui 10. Februarij, sequenti anno publicatur eodem die Septuagesimæ; qui est primo die Februarij Item, accepisti Hispani Bullam: profectus es Matritum, ubi duobus aut tribus mensibus fit publicatio. Si ergo annus ecclesiasticus, & non naturalis computandus est, sicuti computatur in præcepto communicandi, efficitur sanè, Bullam tibi ante annum naturalem finiri. Respondeo, etsi Anton. Gomez in explicat. Bullæ, clausul. 5. n. 1. fol. 53. & Villalobos 1. tom. sum. tract. 27. clausul. 4. n. 10. illationem admittant: veritè exitimo, nullo modo esse admittendam: quia aliàs publicatio Bullæ sequentis nociva esset fumentibus præcedentem: siquidem ob publicationem diminueretur tempus anni, quod non esset diminuendum, publicatione non subsecuta: Quapropter temperatio anni ecclesiastici non ad restringendum annum naturalem; sed ad eum faciendum, & supplendum aliquot dies, si foret desinit, vique ad novam publicationem inuenta est à Doctõribus. Neque obstat exemplum de sumenda Eucharistia, cuius præceptum necessarium erat limitare ad tempus fixum, vt Parochis constaret de illius satisfactione: quæ ratio in fumentibus Bullam non procedit: & ita tenet Vega in sum. cap. 43. casu 10. Rodriguez in explicat. Cruciat. §. 5. n. 2. Ioan. Sanchi in select. disp. 55. n. 4.

4. Durante anno publicationis, tamen Commissarius, & Pontifex & vita decedant, Bullæ priuilegia tibi non pereunt: quia est gratia facta, quæ morte concedentis non expirat, vt latè diximus tract. 3. de legib. disp. 4. punct. 16. §. 5. de quo videri potest Boëtius decis. 346. Parif. conf. 117. lib. 4. Roman. leg. More numer. 62. ff. de iurisdic. omnium iudic. Venetus ibi, & alij.

5. Item, nec Bulla tibi cessat ob publicationem Bullæ Cœnæ, quæ quotannis fit, in cuius fine reuocant omnes facultates ab illis casibus absoluedi, nisi in eisdem facultatibus fuerint expressi: quia verè in Bulla Cruciatæ expressi sunt, & ab illis Confessarius electus absolue potest: & ita tenet Manuel Rodriguez in cruciat. §. 9. numer. 67. dub. 2. & in addit. §. 6. numer. 62. Acofta eodem, quæst. 55. Villalobos 1. part. sum. tract. 27. clausul. 4. numer. 11. Quinimo nec Bulla tibi cessat anno Iubilei, vt dixi tract. 3. de legib. disp. 4. part. 22. §. 2. nu. 3. quia est priuilegium onerosum, quod non censetur reuocari absque expressa illius mentione, & compensatione.

6. Finito anno naturali, vel publicationis, cessant omnia priuilegia, & gratiæ ibidem concessa, ita vt nec vota communitati, neque absolui ad peccatis possis Excipere tamen, nisi causa incepta fuisset, sicuti si confessionem ante finitum annum inchoasset, poteris eo finito perficere, & virtute Cruciatæ absolui iuxta textum in cap. Gratiam. c. Relatum. de officio delegati, & colligitur aperte ex Bulla Latina dicente: *Expirante anno omnes supradictæ facultates gratiæ, & indulgiæ expirant, tantumque poterunt causæ pendentes ad finem perducari.* Atque ita tenet Henriquez lib. de indulgent. c. 20. n. 2. Man. §. 5. n. 2. Acofta q. 46. Villalobos clausul. 4. n. 12.

PUNCTUM IV

De Indulgentia plenaria, quæ in Bulla conceditur.

1. Quibus plenaria indulgentia concedatur.
2. Bulla personaliter inferuentibus conceditur.
3. Nomine indulgentia plenaria plenissimam etiam intelligi.
4. Requiritur prædictis ad consecutionem indulgentiæ confessio, si mortali grauentur.
5. Semel in anno hæc indulgentia à prædictis militibus obtinetur.
6. Explicatur, qualiter concedatur indulgentia mittentibus pugnaturus.
7. Qualiter Clericis, & Religiosis spiritualiter milites adiuantibus.
8. Qualiter taxatam elemosinam suppeditantibus. Vbi, quomodo intelligendum sit, semel in vita, & semel in morte.

1. Quatuor personarum generibus Bulla concedit indulgentiam plenariam. Primò, personaliter bello inferuentibus. Secundo, inferuentibus per alios. Tertio, Clericis, & Religiosis spiritualiter milites adiuantibus Quarto media elemosina à Commissario taxata bello subministrantibus.

2. Primò ergo concedit Bulla plenariam indulgentiam his, qui fideli zelo succensu, ad bellum personaliter suis sumptibus profecti fuerint, siue pugnauerint, siue aliud seruitium gratis fecerint: dummodo per annum integrum perseuerent in bello. His verò, qui ante belli expeditionem in ipso itinere,

vel exercitu decedunt, aut ratione infirmitatis, aliòve legitimo impedimento recedunt ab exercitu, similis indulgentia conceditur. Vt autem hæc indulgentiam prædicti consequantur, debent de suis peccatis esse contriti, eaque ore confiteri. Quod si ea præstare non possint, saltem votum illius habere debent.

3. Pro intelligentia huius concessionis aduerte, nomine indulgentiæ plenariæ plenissimam omnium peccatorum remissionem intelligi, sicuti tractat. precedenti probamus: & tradit in præfenti Antonius Gomez ad 1. clausul. cap. 7. num. 22. Emmanuel Rodriguez §. 8. num. 7. Sebastianus Acofta qu. 5. & colligitur manifestè ex nostra Bulla, quæ submissistrantibus duo regalia plenissimam indulgentiam concedit. At non est verisimile maiorem illis indulgentiam esse concedendam, quam qui personaliter bello inferunt. Quapropter plenariæ plenissimam intelligit. Item, illis concedit indulgentiam, quæ in anno Iubilei conceditur, quam secundum omnes constat esse plenissimam. Aliis rationibus supradictis tractat. probatur, vlti Ecclesiæ iam non distingui indulgentiam plenariam à plenissima. Vnde, quando in Extrauag. Antiquor. de penitent. & remissionib. dictum fuit, concedi indulgentiam non solum plenam, plenioram sed plenissimam, forte, inquit Suarez tom. 4. in 4. part. disp. 50. sect. 4. factum fuit ad maiorem declarationem, & ad tollendos scrupulos, qui ex variis opinionibus oriri poterant. Etenim ex vlti Ecclesiæ antiquo, vt aduertit Nauarrus de indulgent. notab. 9. Indulgentia plena, seu plenaria, significabat solam remissionem mortalium, quæ aliquando fuerunt confessa: plenior omnium mortalium, etiam si confessa non fuissent: plenissima etiam venialium remissionem designabat: qui vltus, vt probatum est, iam cessauit, & pro eodem viurpatur plena, plenior, & plenissima.

4. Secundo aduerte, ad huius indulgentiæ consecutionem, necessariam esse confessionem in re exhibitam, si fieri potest: nec sufficere fuisse militem confessum tempore Quadragesimæ, vel habere propositum tempore præcepti confitendi: quia his, qui absque confessione decedunt, eò quòd eam præstare non possint, concedit indulgentiam, si corde fuerint contriti. Ergo signum est manifestum, eos, qui confessionem præmittere possunt, non satisfacere cordis contritione. Adde, quòd prædicta indulgentia à Confessario electo applicanda est. Ergo supponit Bulla ad indulgentiam confessionem esse necessariam præmittendam. Atque ita in præfenti docet Acofta quæst. 14. Villalobos clausul. 1. numer. 2. Quod intelligendum est, si mortalibus te grauatam sentias: secus verò, si nullius peccati mortalis conscientiam habes: quia venialium confessio, nisi expressis verbis iniungatur, nunquam præsumitur expostulari. Præterquam quòd in præfenti confessio videtur exigi, vt secularis dispositio ad gratiam, & consequenter ad indulgentiæ consecutionem: quo casu non esse necessariam confessionem ei, qui mortali se grauatam non sentit, docuit Henriquez lib. 7. cap. 12. num. 2. Acofta in explicat. Cruciat. quæst. 14.

5. Tertio aduerte, absque fundamento dixisse Rodriguez in explicat. Bullæ §. 5. numer. 12. & Villalobos clausul. 2. numer. 3. prædictos milites consequi toties, quoties eo anno fuerint confessi, indulgentiam plenariam: siquidem Bulla expressè exigit pro indulgentiæ consecutione, vt perseuerent in exercitu vique ad finem anni. Ergo ante hunc terminum eam Indulgentiam consequi non poterunt, nisi antea decesserint vel ob impedimentum infirmitatis, alteriusve causæ recesserint. Ergo falsum est, multipliciter eo anno Indulgentiam obtineri posse.

6. Secundum genus personatum, quibus Bulla indulgentiam plenariam concedit, sunt omnes, qui suis expensis milites mittunt ad bellum contra Ecclesiæ hostes, dummodo si mittentes fuerint Cardinales, Primates, Patriarchæ, Episcopi, filij Regum, Principes, Duces, Marchiones, & Comites, debeant mittere ad minus decem, aut saltem quatuor, si plures non possent: ceteri verò, cuiuscunque status, aut conditionis, Clerici, aut seculares, singulos mittant, si possint: si verò non possint, inter tres, vel quatuor vnus mittatur, & sumptus confertur iuxta cuiusque facultatem. Item, Capitula, Ecclesiæ, aut Monasteria Regularium, etiam mendicantium, aut alia loca pia, si inter decem personas mittant militem vnum, consequentur Indulgentiam: præcedente tamen capitulari deliberatione. Eandem præterea indulgentiam obtinebunt ipsi milites missi alienis suppitiis, si pauperes sint. Sic Bulla. Hæc concessio facilem habet explicationem. Solum aduerte, si Communitas numerum decimum non attingat, non obligari expensas integri militis soluere: sed tantum pro rata contribuere, sicuti notauit Emmanuel. Sà §. 3. Villalobos clausul. 2. in fine. Si verò Communitas numerum decimum excedat, modò vigesimum non attingat, satisfaciet vnicum militem mittens, neque obligata est pro rata contribuere ad alium mittendum, aliàs vnico milite missio nullus ex illa Communitate obtineret indulgentiam: quod videtur absurdum.

7. Tertio, conceditur indulgentia plenaria Clericis secularibus

cularibus, aut regularibus, qui accepta facultate à suis Ordinariis, vel Prelatis, verbum Dei prædicant in exercitu, aut alia ministeria ecclesiastica, aliæque opera exercent. Quod præstare possunt absque periculo irregularitatis, & absque fructuum beneficiorum amissione, dummodo ministros idoneos sibi Vicarios constituant, exceptis beneficiis curam animarum habentibus: hi enim sine Pontificis licentia beneficia deserere non possunt. Aliis verò Clericis habentibus beneficium, cui annexa est residentia, concedit Bulla, ut possint de licentia Ordinarii bello assistere, & inservire: quia beneficiis, & illorum fructibus priuantur: quæ omnia manifesta sunt, & ponderavit Rodriguez in explicat. Cruciat. §. 5. numer. 1. Subdit deinde Bulla, milites prædicto bello inservientes obligatos non esse servare ieiunia Ecclesie, aut obligantia ex voto, postquam diebus festis in rebus bellicis occupati. Aliqui hanc exceptionem ieiuniorum ad Religiosos, & Clericos extendunt: sed immerito, cum Bulla solum de mililibus loquatur, ut manifestè constat ex illis verbis: *T los soldados, que en esta guerra estubieren, se declara no estar obligados à los ayunos, que por voto, & precepto de la Iglesia lo estubieran, no estando en la guerra.* Sub nomine autem *milium*, non videntur Religiosi, & Clerici, ministeria ecclesiastica exercentes, intelligi, præcipue cum ipsa Bulla concedat illis, quos ab observatione ieiuniorum exempti, ut possint diebus festis in rebus bellicis occupari: quod Religiosis, & Clericis competere non potest.

8. Quartò, indulgentia plenaria conceditur omnibus iis, qui de suis bonis elemosinam à Commisario taxatam pro expeditione Bullæ erogaverint, quia non levis cooperantur ad hostes Ecclesie, & inimicos fidei extirpandos. Aduertit autem Bulla, hanc indulgentiam semel in vita, & semel in morte concedi. Quæ restrictio non solum competit concurrentibus ad bellum hoc temporali subsidio; sed etiam bello personarum interessentibus, vel pugnatore mittentibus: quia intra annum nullus potest, nisi semel, Indulgentiam plenariam obtinere. Nomine *mortis*, præsumpta intelligitur, ut constat ex his, quæ diximus tractat. de penitent. aliisque in locis. Et videtur aperte probari ex eo, quod statuitur, hanc Indulgentiam per Confessarium applicari debere, qui non realem mortem, sed periculum illius expectare potest: aliàs si ad obtinendam hanc indulgentiam mors cum effectu esset necessaria, nunquam Sacerdos applicare indulgentiam posset. Neque his obstat, quòd dictum sit, *semel in morte*: quia intelligendum est semel illo anno in periculo mortis. Quare, si eo anno obierit indulgentia in periculo mortis, in aliud periculum incidit, non poterit tibi alia indulgentia applicari ex vi horum verborum; bene tamen sumpta alia Bulla eodem anno, vel anno sequenti. Et inde sumitur non leue iudicium Indulgentiam applicari non in morte realis; sed in periculo illius: alia frustra tot Bullis idem privilegium concederetur.

P V N C T U M V.

De aliis Indulgentiis, & spiritualibus commodis in Bulla contentis.

1. Statuitur Bulla clausula, in qua hæc indulgentia, & commoda continentur.
2. Requiritur ad consecutionem Indulgentiæ quadragesimæ ieiunium supererogationis.
3. Oratio vocalis debet esse, & supererogationis.
4. Qualiter ieiunium requisitum commutari possit.
5. Quid intelligatur per participationem omnium bonorum.
6. Conceditur amplissima stationum Indulgentia visitantibus quinque Ecclesiis, vel altaribus.
7. Qualiter hæc visitatio faciendâ sit.
8. Conceduntur Indulgentiæ ad stationes Romanas pertinentes.
9. Hæc continent Indulgentiam plenariam, vesso, & contrarietas cordis.
10. Satisfit contrarietas.
11. Semel in die hæc Indulgentia potest obtineri.
12. Hæc Indulgentia stationum applicari defunctis per modum suffragij possunt.

1. **V**T Indulgentias, aliæque spiritualia commoda in Bulla contenta integrè explicemus, placet, relicto ordine Bullæ, eam clausulam referri, in qua prædicta continentur. Inquit igitur Bulla: *Item, los susodichos que non fueren, ni inbiaren, si contribuyere, y ayudare de sus bienes, y de mas de la dicha contribucion, ayunare voluntariamente por deuocion en dias que non fueren de precepto, y hicieren oracion, implorando la ayuda de Dios por la victoria contra infieles, y su gracia por la union, y confederacion de los Príncipes Christianos. Y si no pudiere ayunar por algun legitimo impedimento, hicieren otra obra pía à arbitrio de su Confesor, de su Cura. Todas quantas veces lo hicieren, durate el dicho, fio, se les concederá, y relaxará misericordiosamente quinçe*

afios, y quinçe quarentenas de perdon de las penitencias à ellos impuestas en qualquiera manera deudas, que sean participades de todas las oraciones, limosnas, peregrinaciones, y tan bie de las de Jerusalem, y de las demas buenas obras, que en la universal Iglesia militante, encada uno de sus miembros, se hace.

2. Nomen quadragesimæ superiori tractat. dixi significare numerum quadraginta dierum ieiunium in pane, & aqua. Unde quindecim quadragesimæ erunt sexcenti dies Indulgentiæ. Ad consequendam hanc indulgentiam oportet esse ieiunium supererogationis, quod fieri potest etiam in diebus præceptis Quadragesimæ, & vigiliæ. Si ex aliqua causa infirmitatis, laboris, vel ætatis à precepto excusaris. Exigitur autem ieiunium, & oratio supererogationis: quia ex supererogatione, & liberalitate remissionem peccatorum Pontifex concedit. Quod intelligendum est, si fieri potest: si enim obligatus esses ex voto omnibus diebus ieiunare, posses hanc indulgentiam ieiunio ex obligatione obtinere, ut bene notavit Emman. Rodrig. §. 7. Cruciatæ. nu. 3. non enim deterioris conditionis esse debes, quam alij, qui nulla obligatione intercedente ieiunant: neque credendum est, Pontificem velle opus supererogationis in iis, qui nequeunt illud præstare.

3. Quoad orationem fundendam: in primis debet esse vocalis: quia est ex præcepto Pontificis, quatenus Pastor est Ecclesie visibilis, qui non præsumit orationem purè mentalem præscribere, nisi id exprimat: possit autem eam pro consecutione Indulgentiæ præscribere: quia præscribit, non sub præcepto, sed sub directione, & conditione ad beneficium Indulgentiæ concedendum. Secundò, debet esse libera, & supererogationis: quia ita indicatur in Bulla, præterquam quòd hæc solet esse Pontificis mens, à opera supererogationis mediis Indulgentiis excitare. Unde, si ex voto, vel præcepto tenearis orationem aliquam fundere pro victoria contra infideles, & Principium Christianorum pacem, debes aliam orationem fundere, si Indulgentiam lucrari velis. Quòd si solum ad substantiam orationis obligatus sis, non tamen ad illius applicationem, existimat Manuel Rodriguez §. 7. numer. 3. te hanc Indulgentiam lucrari posse, si pro victoria contra infideles, & pacem Christianorum Principum applices: quia iam ex fine libera est oratio. Orare prolixè non tibi est opus, sed quancumque oratione, etiam minima, satisfacies. Neque etiam necessarium est, expressam intentionem habere imperandi victoriam contra infideles, & pacem Principum Christianorum: fat enim est, si intentionem horum virtualiter habeas, ut bene notavit Emman. dicto §. 7. in additionib. n. 7. Villalobos claus. 7. n. 2.

4. Concedit Pontifex potestatem Confessario, vel Parocho, ut possit ieiunium prædictum commutare: quod intelligi debet, quando ita impeditus es ieiunare, ut virtute illius impediti à præcepto ieiunij, si adesset, excusareris: quia aliàs censeri non potes legitime impeditus, ut bene aduertit Villalobos dicta clausula 7. num. 3. hanc commutationem, nec tu, neque alius præter Parochum, vel Confessarium electum, præstare potest: quia nemini alteri hæc potestas conceditur, faciendâque est commutatio in aliquod opus pium arbitrio commutantis: quod regulari debet spectato opere commutando, & qualitate, ac dispositione personæ, cui fit commutatio. Hæc ergo Indulgentia non semel, sed sæpe intra annum obtineri potest, quoties opus iniunctum præsteris: quia sic cauetur in Bulla.

5. Quid autem intelligatur per illam participationem omnium bonorum, quæ in Ecclesia sunt, superiori tract. explicuimus: ibi enim diximus, tria in nostris actibus bonis reperiri. Primum est meritum de condigno gratiæ, & gloriæ, de quo Trident. sess. 6. cap. 16. & can. 32. Secundò, vis satisfaciendi Deo pro peccata temporalis ex peccato remisso debita. Tertium, meritum de congruo, seu vis impetrandi, & sibi, & aliis aliquod bonum spirituale, vel temporale, quod in bonum personæ ce-dat. Meritum de condigno operanti tantum deseruit, & nemini applicari potest: solus enim Christus, ut inquit Trident. sess. 6. cap. 16. tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem infundit, iuxta Paul. ad Rom. 12. numer. 5. At satisfactionem, & sibi, & alteri applicare operans potest, modò uterque in gratia existant operans, ut satisfactionem habeatis, cui applicatur, ut capax illius sit. Meritum verò de congruo, & impetratio etiam peccatoribus, & esse, & applicari potest. Est tamen latum discrimen inter satisfactionem, & impetrationem: quòd satisfactio infallibilem habet effectum, si is, cui applicatur, capax illius existat: sed verò impetratio, quæ non temper effectum sortitur: sed, quando Deo placitum est. Deinde triplex inter membra via Ecclesiæ reperitur communicatio. Prima generalis, quatenus Deus, intuitu operum alicuius Sancti, aliis dona spiritualia quandoocumque concedit: quæ vniuersalem communicationem esse in Ecclesia testatur Symbolum Apostolorum, *Communione Sanctorum*, credendam præscribens: & cecinit David Psal. 118. n. 61. dicens: *Particeps ego sum omnium mimentium te.* Secunda est specialis ex applicatione ipsius operantis: vel, ut aliis placet, etiam sui Superioris, Tertia,

Tertia, communicatio fit per applicationem indulgentiarum ex thesauro Ecclesie satisfactioes Christi & Sanctorum continent. His positis, dicendum est. Per concessionem huius clausule non applicantur fructus spirituales, & orationes fidelium sumentibus Bullam, quantum ad satisfactioem: quia abique iniuria non potest quis ea satisfactioe, qua eget, privari contra eius voluntatem. Applicantur tamen quantum ad meritum de congruo, & vim impetrandi bona spiritualia fidelium sumentibus Bullam, ex vi cuius applicationis facte per superprenum Prælatum, scilicet, Romanum Pontificem, orationes, & pia opera fidelium totius Ecclesie, seclusa alia speciali operationum applicatione, proficiunt sumentibus Bullam, ut diuina clementia inflectatur ad miserendum, & eruumendum eum à peccato, si forte in illo existat. Si autem in gratia sit, ut cumulatoria beneficia impendat, quibus in vita spirituali magis, ac magis proficiat.

6. Præter dicta concedit bulla amplissimam stationum indulgentiam omnibus illis, qui singulis diebus stationum almarum quinq; Ecclesias vel altaria, seu in eorum defectu quinq; vnum altare deuote visitauerint, præceque pro victoria contra infideles, & vnioue Christianorum Principium fuerint, vt omnes, & singulas indulgentias stationum intra, & extra muros prædictæ vrbis, tam per se, quam per modum suffragij pro defunctis, pro quibus visitauerint, consequantur.

7. Ad cuius declarationem primò aduerte, ex defectu quinq; Ecclesiarum, vel altarium sufficere vnum quinq; aut duo bis: aut ter visitare: nec opus est, vt eam visitationem facias te ex vno loco in alium transferendo, sed ex eodem loco omnes visitationes perfici possunt, si ex animo te ad singula altaria conuertas, sicuti neque est necessarium, vt quinq; Ecclesiam, in qua solum est vnicum altare ingrediaris: sed vnicò ingressu, vel abique illo, si forte tibi reclusus sis, poteris quinq; eadem altare visitare, si orationem quinq; fundas ex intentione quinq; visitationem præstandi, vt notauit Emman. Rodrig. in addit. ad Cruciat. §. 8. num. 7. Acosta qu. 14. Villalob. claus. §. 8. num. 6. Emm. Sa. verbo, indulgentia, num. 6. bonac. disp. 6. quæst. 1. pars 3. num. 25. Nomine altaris intelligitur orationem per episcopum approbatam pro celebratione Missæ. Et quamuis sint quinq; Ecclesie in loco quas optime visitare posses, non teneris, quicquid dicat Emm. §. 8. num. 8. sed potes quinq; altaria in eadem Ecclesia visitare: quia bulla distinetur peti quinq; Ecclesias, vel altaria, & notauit Villalob. claus. §. 8. n. 4. Visitatio autem debet esse deuota, & ex animo formalis; vel virtuali indulgentiam obtinendi, vt superiori tract. diximus.

8. Secundo aduerte, concedi indulgentias, non quæ Romæ sunt singulis diebus; sed, quæ ad stationes pertinent, vt docuit Emman. Rodrig. §. 8. n. 1. cum Authore Compend. priuileg. Minor. tit. indulgentia. Villalob. claus. §. 8. num. 1. ideoque Commissarius in bulla Hispanica solum refert indulgentias, quæ ad stationes Romæ pertinent.

9. Sed an hæc indulgentia sint plenaria, difficultate non caret. Negant Cordub. de indulgent. qu. 38. Cafarub. in Compend. priuilegior. Minor. tit. indulgentia stationum. Mouentur: quia bulla non exprimit indulgentiam plenariam, quæ videbatur necessitati exprimenda, vt conseretur concessa, tum ob regulam Cancellariae statuentis sub nomine indulgentia plenariam non comprehendit; nisi illius fiat expressa mentio; tum quia indulgentia concessio non latet, sed strictè videtur interpretanda. Deinde, si singulis diebus stationum plenariam indulgentiam visitantibus quinq; Ecclesiis, vel quinq; altaria Pontifex concedit, vt quid semel tantum in vita, & in morte indulgentiam plenariam impetiuit.

Cæterum omnino tenendum est, indulgentiam plenariam illam concedi. Nam esto, stationes vrbis fuerint à Gregorio Magno cum septem annis indulgentia pro singulis diebus instituta, vt bene notauit D. Thom. in 4. qu. 20. art. 3. & in addit. quæst. 1. art. 2. Turcremat. cap. Mansura de penit. distinct. 1. postmodum tamen iis indulgentiis accesserunt omnes illæ, quæ septem Ecclesiis Romæ præcipuis, nempe, Lateranensi S. Petri, S. Pauli, S. Mariæ maioris, S. Laurentij extra muros, SS. Fabiani, & Sebastiani extra muros, S. Crucis in Hierusalem, eodem die concessæ sunt, quibus omnibus innumerabiles indulgentia concessuntur, vt probat Emman. Rodrig. §. 8. num. 4. & §. 9. & specialiter indulgentiam plenariam est concessa quolibet die visitantibus Ecclesiam Lateranensem. Vade Pontifex concedens indulgentias visitantibus quinq; Ecclesiis, vel altaria, quæ conceduntur iis, qui personaliter stationes Romanas præstant, expressè, & satis manifestè indulgentiam plenariam concedit, & ita Commissarius absque vlla dubitatione in fine bullæ affirmat, sciente Pontifice, & permitente imò approbante, & confirmante, vt patet ex litteris Gregorij XIII. datis, 15. Julij, anno 1573. in quibus vltima clausula, postquam Commissario concedit, vt illud originale possit in linguam Hispanicam transcribere, addit etiam nominatim profratrum notitia diebus stationum totius anni, intra, & extra muros huius almarum vrbis.

10. Neque obstant contraria: non primùm, quia satis Pon-

tifex indulgentiam plenariam expressit, exprimens se concedere, quæ conceduntur Romanis stationes visitantibus, sicut ipse Author Compendij verbo, Indulgentia stationum quoad Fratres, §. c. 1. aliis 15. & habetur in Supplement. fol. 60. faterur Minoribus concedendi indulgentiam plenariam recitantibus sex Pater noster, & sex Ave Maria, cum Gloria Patri, &c. eo solum quod Leo X. concesserit id præstantibus posse consequi indulgentias stationum Romæ, Hierusalem, & S. Iacobi. Neque verum est, hanc indulgentiam concessionem strictè interpretandam esse, cum in earum relatione Pontifex signo vniuersalissimo utatur, omnes, & singulas. Præterquam quod secundum Innocent. Ioan. Andream, & Glossam in Clement. unic. de Reliq. & venera. Sanctor. verbo, Concessio. non decet indulgentias auarè interpretari, quibus concordat Syluest. verbo, indulgent. qu. 6. dicto 3. & quæst. 8. dicto 4. Angel. in principio. Non obstat secundum: quia esto specialiter illæ duæ indulgentia plenariae concedantur, non inde inferretur, alias concedi non posse sub generali ratione.

11. Hanc indulgentiam plenariam semel tantum in die obtinere potes: nam esto verum sit, indulgentiam indefinitè concessam absque vlla temporis determinatione obtineri posse toties, quoties prudenter, & deuote opus iniunctum præstat, vt diximus superiori tract. scilicet, tamen quæ temporis determinationem habet vnius diei, vt est præsens, quæ computatur, vt inquit Mandos. tit. de indulgentia, fol. 69. à primis vespere vsque ad occasum diei sequentis: quia ea determinatio temporis ita breuis tacitè indicat intentionem esse Pontificis, vt semel tantum obtineatur, vt bene notauit Suar. de indulgent. disp. 57. sect. 1. in fine. & nos diximus superiori tract. Quare eam indulgentiam, quæ Romæ stationibus correspondet, obtinebis visitans quinq; Ecclesias, vel altaria qualibet hora diei, seu noctis, semel tantum, & non pluries, quicquid dicat Emman. Rodrig. §. 8. n. 15. Villalob. claus. §. 8. n. 8.

12. Tertio aduerte, hæc indulgentias stationum te applicare posse per modum suffragij defunctis, quæ est specialis gratia, & fauor. Qualiter autem hæc applicatio fiat, & an habeat effectum infallibilem, & qualiter distinguatur ab applicatione indulgentia viuus fidelibus concessæ, superiori tractat. explicatum est.

PUNCTUM VI.

De priuilegijs tempore interdicti concessis.

1. Statuitur clausula concessionis Hispanica, & Latina.
2. Conceditur facultas Oratorium habendi approbato loco ab Ordinario.
3. Explicatur prædictum priuilegium.
4. Conceditur sumentibus Bullam in prædicto loco celebrare, vel celebrari facere, etiam tempore interdicti.
5. Conceditur, vt diuini assistere possit in dicto Oratorio, & in Ecclesijs specialiter non interdictis.
6. Item, vt eius familiares, domestici, & consanguinei assistere diuinis possint.
7. Qui nomine familiarium, & domesticorum intelligantur.
8. Qui sub consanguineis.
9. Prædicti etiam, absente domino, possunt diuinis assistere.
10. Ex licentia Commissarij potest celebrari, vel celebrare facere per horam, antequam elucescat, vel per horam post meridiem.
11. Item potest sumere Eucharistiam, aliaque Sacramenta tempore interdicti.
12. Præmittuntur aliqua pro prædicti priuilegij declaratione.
13. Statuitur priuilegium.
14. Negant plures, te virtute huius priuilegij recipere posse Eucharistiam à simplicibus sacerdotibus.
15. Verius est oppositum.
16. Satisfit contrariis.
17. Vt prædicta priuilegia proficiant, requiritur, ne causam interdicti dederit. Deinde, vt specialem orationem fundat, si Oratorio usus fuerit.
18. Habenti Bullam conceditur, vt tempore interdicti sepeliri possit cum moderata pompa.
19. Quid nomine moderata pompa intelligatur.
20. Prædicta priuilegia non habent locum tempore cessationis.

1. **B**ulla Hispanica sic inquit: Item, concede su Santidad à todos los susodichos, y à los que no fueren, ni inbiaren, si de sus bienes liberalmente contribuyeren, y ayudaran para esta santa obra con la limosna infra escrita, que durante el dicho año, que corre desde el dia de la publicacion desta Bulla en cada lugar, puedan gozar, y gocen de todas las gracias, y facultades concedidas en esta bula, conuiniendo à saber que puedan en tiempo de entredicho, apostolico, d ordinario, oyr Missa en las Eglefias, d Monasterios, d en Oratorio particular señalado, d visitado

visitado por el Ordinario, decir Missa, y otros diuinos Oficios por sus personas, si fueren Presbyteros, o haçer celebrar à otros, en su presencia, y de sus familiares, y parientes, y recibir el santissimo Sacramento de Eucharistia, y los demas Sacramentos, saluo en el dia de la Pascua, conque ellos no ayán dado causa al tal entredicho, ni aya quedado por ellos que se quite. Y conque las veces que quieseren usar del dicho Oratorio para lo que dicho es recen, y hagan oracion conforme à la deuotion de cada uno por la conseruacion de la union de los Principes Christianos, y victoria contra infideles. Item, concede, que en tiempo de entredicho puedan ser sepultados los cuerpos de los muertos en sepultura eclesiastica con moderada pompa funeral.

Bulla Latina aliqua addit, quæ hanc concessionem clariorem reddunt: inquit enim Summarium Latinum: *Conceditur, ut dicto anno durante possint in Ecclesiis, in quibus aliis diuina Officia interdichio durando, quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantum deputato ab Ordinario visitando, et designando, etiam tempore interdichii, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoveatur, (& qui facultatem ad id à Commisario generali habuerint, etiam per horam, antequam elucescat dies, et per horam post meridiem) in sua, ac familiarium, et domesticorum, et consanguineorum suorum presentia, Missas, et alia diuina Officia per se ipsos, si Presbyteri fuerint, celebrare, vel per alium celebrari facere, et tempore interdichii diuini interesse. Eis tamen, qui priuato Oratorio ad premissa uti voluerint, ut quoties id fecerint, aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra infideles, eorundem contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur. Item, Eucharistiam, et alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis, recipere. Item, mortuorum corpora, nisi forte vinculo excommunicationis innodati deseruerint, cum moderata funerali pompa sepelire.*

2. In hac clausula primò conceditur facultas habendi Oratorium priuatum ad celebrandum quocunque anni tempore: vt cum Henric. aliisque Neoterics norauit Ioan. de Salas in expl. *Cruciat. qu. 19.* Nam, esto, id in prædicta concessione non habeatur expressè, manifestè supponitur, quia conceditur, vt in priuato Oratorio tempore interdichii celebretur. Ergo supponitur concessum aliis temporibus, vt potè quod minus est, ex reg. iuris, in 6. *Cui conceditur, quod est plus: conceditur, quod est minus.* Tum, ex illa dictione, etiam, quam addit Bulla Latina, quæ casum difficiliorem, & magis dubitabilem exprimit, supponit tamen faciliorem, & minus dubitabilem, qualis erat extra tempus interdichii, argum. leg. *Conueniunt. Cod. de Episcopis, et Cleric. leg. Eriam si Cod. Si tutores, vel curatores. & Clement. Religiosus, de prescript. & Clement. vnica de supplenda negligentia Prælatorum, Clement. Nolentis, de heretic. & in eisdem Zabarella. Quod procedit etiam in materia stricta, & exorbitanti, vt tradit Menoch. *de recuper. possess. n. 276.* Selua *cons. 64. n. 10.* Iure nanque communi celebrari non potest alibi, quam in locis consecratis, seu ab Episcopo benedictis, nisi forte summa exegerit necessitas: ex textu in cap. *Sicut non alij, de consecrat. dist. 1. cap. Missarum. cap. Sic ergo & aliis eadem dist. & cap. Episcoporum, de priuileg. in 6. vbi oppositum facientes ab ingressu Ecclesiæ interdichitur: & ex Concil. Trident. sess. 22. decreto de obseruand. et vitand. in celebrat. Missar. vbi excipitur Episcopi dispensatio. Bulla ergo concedit sument ipsam, vt possit habere priuatum Oratorium, & in eo Missas celebrare, vel celebrari facere, dummodo Oratorium sit diuino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario designatum, iuxta formam in Tridentino præscriptam, & dum eo quis vitat, fundat preces pro vnione Christianorum Principum, & eorundem contra infideles victoria.**

3. Quod si roges, quid operatur hoc bullæ priuilegium, si expectanda est Episcopi approbatio, visitatio, & designatio? Respondeo, multum operari. Primò, non esse opus licentiam, & facultatem Ordinarij, sed solum illius designationem, seu approbationem, etiam absque necessitate urgente, vt dicitur c. *Sicut non alij, de consecrat. dist. 1.* Secundò, vt non requiratur approbatio Ordinarij illius loci; sed cuiuscunque Ordinarij approbatio sufficiat, sicuti in Confessore electo docent plures approbationem cuiuscunque Ordinarij, siue loci, siue penitentis, siue Confessarij sufficere. Tertio, & præcipue operatur, vt Episcopus sit obligatus, & cogi possit approbationem concedere, si locus decens est, & diuino cultui deputatus, idque indicant illa verba, *ab Ordinario visitando, et designando.* Neque oportet Oratorium antea esse diuino cultui deputatum: fat est, per illam approbationem, & Episcopi designationem deputari: profana enim facta fieri possunt. Quod si postmodum profanas vibus deseruiat, noua deputatione Ordinarij indigebit. Moneo tamen, hoc Oratorij priuilegium magna cum moderacione vti debere, argumento textus. *Si quis etiam extra parochias, de consecratione. dist. 1.* vbi iis, quibus aliàs permissum erat habere Oratoria priuata, præcipitur, vt in diebus solennibus Paschæ, Natalis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes Sancti Iohannis Baptistæ, & si qui alij dies maximi in Festiuitatibus habentur, vt inquit tex-

tus, nisi iubente Episcopo, vel permitte, Sacrum non audiant, & Clerici in his festiuitatibus ibi Missas celebrantes à Communione priuentur, tamen hæc lex, vt inquit Syluest. *Missæ, 2. quæst. 5. §. 1.* Nauar. c. 21. n. 6. contraria sit consuetudine abrogata.

4. Secundò, conceditur sument Bullam, vt possit in prædicto Oratorio celebrare, vel celebrari facere, etiam tempore interdichii, quod est speciale priuilegium. Nam esto, haberes facultatem Oratorij, vt in eo celebrarentur diuina, non tamen ea facultas ad tempus interdichii extenditur, vt colligit communiter Doctores ex cap. *Alma mater de sentent. excommunicat. in 6.* quia de iure antiquo nullibi diuina celebrabantur tempore interdichii, nisi pro sacra Eucharistia renouatione, vt inquit Suar. *tom. 5. in 3. part. disp. 34. de secundo effectu interdichii. sect. 1. num. 2. & 3.* Stephan. Dauila *de censur. 5. part. dist. 4. sect. 2. dub. 3. §. 2.* At ex concessione illius cap. *Alma mater. vt ait Couarr. ibi, 2. part. relest. 9. 4. num. 1.* solum conceditur quotidie Missas celebrari, non in omni loco, sed in Ecclesiis, & Monasteriis. Quare ex vi illius concessionis in locis, & Oratorijs priuatis tempore interdichii non licebit celebrare, vt bene Couarr. & alij *supra.* Concedit ergo Bulla, vt liceat tempore interdichii, siue ordinarij, siue apostolici, in Oratorio priuato celebrare, seu celebrari facere.

5. Tertio, concedit, vt sument Bullam tempore interdichii, possit audire Missam, & alia Officia diuina, siue in Ecclesiis, in quibus aliàs diuina Officia interdichio durante quomodolibet celebrari permissum fuerit: siue in Oratorio priuato, sicuti dicit originale Latinum. Pro cuius explanatione oportet aduertere, per interdichium non remoueri Sacerdotes à diuinis Officijs celebrandis: quia, etsi olim tantum pro conficiendo Viatico moriturus fuerit permissum, tempore interdichii celebrare, iuxta cap. *Permittimus, de sentent. excommunicat. At postmodum in cap. Alma mater de sentent. excommunicat. in 6.* rigor iste temperatus est, & permissum, quòd singulis diebus in Ecclesiis, & Monasteriis Missa, & alia diuina Officia celebrantur, sicut prius. Submissa tamen voce, ianuis clausis, & campanis non pulsatis: de quo videri potest Couarr. *relest. in d. e. Alma. §. 4. num. 4.* Suarez *de censur. disp. 34. sect. 1. à num. 2.* Stephan. Dauila *de censur. 5. part. disp. 4. sect. 2. concl. 3.* Neque solum Sacerdotibus licitum est lege, & iure communij, sed Clericis etiam primæ tonsuræ, modo excommunicati, vel interdichii non sint, neque interdichio causam dederint, licet Missam audire, & alia diuina Officia celebrare, vt affirmant Angel. Syluest. Nauar. Henric. quos refert, & sequitur Auila *locis citat. concl. 3.* Couarr. §. 4. n. 4. Nomine Clerici veniunt Religiosi viri quæ sexus: quia, in fauorabilibus, nomine Clerici intelliguntur omnes illi, qui laici non sunt, ex cap. *Duo sunt, 12. q. 1. & sub Religiosis Nouiti comprehenduntur, vt colligitur ex cap. Non dubium, de sentent. excommunicat. & cap. Religiosos, eodem tit. in 6.* Ab his excipiuntur Clerici coniugati, quamuis habeant tonsuram, & habitum gestent clericalem: quia ratione coniugij priuilegijs Clericorum, quibus aliàs frui deberent, priuantur, vt norauit Nauar. *cap. 27. n. 174.* Couarr. *dicto §. 4. n. 4. illat. 10.* Auila *supra, concl. 4.* nisi forte seruitio allicuius Ecclesiæ addichii sint, quia eo ipso omnibus Clericorum priuilegijs gaudent, iuxta textum in cap. *Clericus de Clerico coniugat. in 6.* & tradit in præsent. Rodrig. §. 5. n. 4. Quibus positus, inferunt manifestè, solum laicis concedere Bullam priuilegium, tempore interdichii celebrandi, vel celebrationi, aliisque diuinis Officijs assistendi: quia soli laici per interdichium ab his omnibus remouentur. His ergo concedit Bulla, vt possint diuinis assistere in Ecclesiis, in quibus aliàs permissum, fuerit, diuina Officia, interdichio durante, quomodolibet celebrare. Nam in Ecclesiis, in quibus non est permissum celebrare, eò quòd specialiter interdichio, nulla ratione Bulla priuilegium concedit ibidem assistendi: tamen diuina celebrantur, vt bene docuit Couarr. *loc. alleg. num. 1. Vals. tom. 3. in 3. part. disp. 219. cap. 2. num. 43.* Villalobos *claus. 4. Bulla. num. 14.*

6. Quarto, conceditur in prædicto priuilegio, vt non solum ipsi sed etiam eius familiares, & domestici, & consanguinei, possint Missas audire, & diuinis interesse. Bulla tamen hic panam mentionem solum facit familiarium, & consanguineorum non domesticorum. Ex quo aliqui inferunt, verbum *domestici*, potius restringere, quam ampliare, vt supponat solum pro familiaribus, qui domi commorantur, vt colligitur ex Nauar. c. 27. n. 181. Sed immerito hæc fit restrictio, cum extra domum domini habitent plures, qui sumptibus domini aluntur, quique verè familiares sunt, imò & domestici dici possunt quia ad ipsam domum pertinent.

7. Vt ergo hæc concessio manifesta sit, suppono, iure communi habenti priuilegium tempore interdichii audienti Sacrum diuinum que assistendi: posse secum deferre omnes illos, qui illum solent comitari, iuxta textum in cap. *Licet. 11. de priuileg. in 6.* Quòd si ex his aliqui absent, vel argrotent, potest totidem assumere, ne decenti, debitoque comitatu priuatus incedat.

Quare,

Quare cum ipsi solum in gratiam domini diuini assistant, & propter officium comitatus, si dominus ab eis a sacro, ipsi interesse non possunt an verò Dominus possit audire sacro, alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberrant; si non caret difficultate propter Gloss. in dicto c. Licet. quæ id negat. Sed Auila de censur. 5. p. disp. 4. sect. 2. dub. 7. §. Notandum. probabile reputat, fieri posse: quia non attingitur dominus vnico sacro assistens; sed pluribus adesse potest. Hoc positum; cum priuilegiū bullæ aliquod operari debeat ultra ius commune, ne inuicem sit argument. text. in cap. in his. 30. de priuilegiis, & tradit ibi Hofstien. & in c. 1. de rescript. & aliis relatis docent Gonzal. reg. 8. Cancell. gloss. 35. n. 7. efficitur sanè, nomine familiarium & domesticorum non solum intelligi eos, qui dominum comitari solent; sed omnes illos qui sub eius potestate & dominio degunt, proinde nepotes, filij, serui, famuli, vxor, comparatione viri, & vtr comparatione vxoris, comprehenduntur, quia verè, & in rigore hi ad familiam pertinent; & domestici sunt; namque dominum non comitentur, vt docuit Gloss. in c. in literis de test. Syluest. verbo familiarium. Angel. verbo Familia. in princip. Nauarr. cap. 27. num. 180. & seqq. Ducenas reg. 3005. Hi ergo omnes, eò quod dominus bullam susceperit, possunt diuini non solum in Oratorio, sed a fortiori in Ecclesia assistere.

8. Præter familiares; & domesticos conceditur sumenti bullam in eius gratiam, vt consanguinei diuina audire possint tempore interdicti. Nominè consanguineorum, inquit Henric. l. 7. de indulg. c. 13. n. 2. intelligi vxorem, filios, patrem, & matrem: quia non videtur vltra primum gradum concessio extendenda. At rectius Rodrig. §. 5. num. 5. in fin. & Villalob. claus. 4. n. 16. existimant comprehendere omnes cognatos, tam ascendentes, quam descendentes, & collaterales vsque ad quartum gradum: quia omnes hi consanguinei dicuntur. Vxorem verò comparatione mariti, & maritum comparatione vxoris, & omnes alios affines existimant non comprehendere: quia verè consanguinei non sunt: atque ita placuit Ioan. de Salas in explicat. Cruciat. q. 19.

9. Sed difficultas est, an prædicti familiares, domestici, & consanguinei diuini interesse possint, absente domino, qui bullam habet; Negat Rodrig. in addit. Cruciat. §. 5. n. 5. Villalob. §. summ. tract. 27. claus. 4. n. 16. Moueri possunt: quia in gratiam habentis bullam hoc illis priuilegium conceditur. Sed rectius Ioan. de Salas dicta quest. 19. post princip. affirmat: quia nullum est fundamentum in bulla, ex quo colligatur debere dominum adesse: nam esto, in gratiam ipsius familiaribus, & consanguineis hoc priuilegium concedatur, non tamen restringitur; vt in præsentia domini, & non in illius absentia quilibet debeant. Quinimo oppositum non leuiter inferunt; inquit enim tam bulla Hispana, quam Latina. Poterit tempore interdicti, etiam in Oratorio celebrare, vel celebrari facere in sua, & familiarium, & domesticorum, & consanguineorum præsentia. Ergo sicut potest facere celebrari in sola sua præsentia, poterit in sola familiarium, & consanguineorum.

10. Quintò, habenti bullam conceditur, vt celebret, vel celebrari faciat, in sua, suorumque familiarium, domesticorum, & consanguineorum præsentia, si facultatem obtinuerit à Commisario generali per horam antequam eluceat, vel per horam post meridiem. Nam cum iure communi, & consuetudine recepta ante auroram, neque post meridiem celebrari possit, necessarium fuit hoc priuilegium, vt Missa ante auroram, & post meridiem per horam celebraretur. Quapropter virtute illius poterit Missa inchoari duabus horis cum dimidia ante Solis ortum, & prima hora post duodecimam in Meridie, sicut notauit Acolta in explicat. bullæ q. 33.

11. Sextò conceditur habenti bullam, non eius familiaribus, neque consanguineis, vt possit tempore interdicti recipere Eucharistiam, & alia sacramenta, præterquam in die Pasche.

12. Pro cuius declaratione nota, tempore interdicti esse prohibita tria tantum sacramenta, Eucharistiam, videlicet, Ordinem, & extremam Vnctionem ministrare. Nam Baptismus non est prohibitus neque paruulis, neque adultis, cap. Quoniam 19. de sentent. excommunicat. in 6. & docuit Couarr. in cap. Alma. 2. p. §. 2. num. 7. vers. Verum questio. post med. Henric. de interdicto. cap. 4. §. num. 1. & cap. 53. num. 4. Auila de interdicto. disp. 4. sect. 1. dub. 4. conclus. 1. Suar. de interdicto, disp. 33. sect. 1. à num. 1. Idem, quod dicitur de Baptismo, dicendum est de penitentia ob eius necessitatem, sicuti firmat prædicti Doctores. Neque etiam est prohibita Confirmatio ex eodem cap. Quoniam & c. Responso de sentent. excommunicat. & docuit Nauarr. cap. 27. n. 178. Couar. Henric. Suar. & Auila loc. alleg. Matrimonium item prohibuit non est, vt docuit Syluest. Interdictum 5. quest. 7. par. 5. Nauarr. cap. 2. n. 178. Couart. d. §. 2. n. 7. Henric. cap. 45. num. 3. Auila dub. 6. conc. 1. Neque dispensat Suar. nam esto n. 46. videatur sentire, matrimonium tempore interdicti prohiberi: n. 58. ratione consuetudinis propendit in sententiam communem. Benedictiones nuptiales ex communi sententia, teste Suar. n. 47. Auila dub. 6. conc. 3. prohibita sunt, nisi fiant cum iis circumstantiis, quibus Missa licite potest celebrari, iuxta textum in cap. Alma mater. vt

notauit ibi Couarr. 2. p. §. 2. num. 7. Quare tempore interdicti indigebunt bulla coniuges, vt benedicti possint. Illa verò supposita admitti poterunt, sicut ad reliqua diuina officia: quia sub officiis diuinis continentur, vt aduertit Suar. disp. 33. sect. 1. n. 4. Auila dub. 6. conc. 4.

Cæterum, Eucharistia vsum esse prohibuit tempore interdicti, nisi conferatur in viatico agrotantium, aut Sacerdos celebret; certa res est, vt docet Panormit. securus Calderin. in cap. Quod in te de penitent. & remissionib. n. 2. Suar. disp. 33. sect. 1. num. 31. Auila dub. 5. conc. 1. vbi testatur pluribus relatis, dari Eucharistiam posse tempore interdicti damnatis ad mortem, mulieri prægnanti in periculo mortis constitutæ, inchoanti periculosa nauigationem, vel bellum inchoanti: quia non erat expediens Viatico priuari ob interdictum. Nullo tamen modo clericis, more laicorum communicantibus, secluso hoc periculo, ministrari Eucharistia potest. De Sacramento Ordinis prohibitio constat ex cap. Non est vobis de sponsalib. & docet Couarr. disp. cap. Alma 2. p. §. 3. n. 4. Nauarr. c. 27. n. 179. Henric. cap. 45. n. 8. Auila dub. 8. Suar. sect. 1. à n. 44. Extrema Vnctio aperte prohibetur, cap. Quod in te de penit. & remiss. & notauit Suar. n. 58. Auila dub. 7. Nauarr. num. 168. Henric. n. 4.

13. His positis, constat, virtute Bullæ concedi habenti illam, vt possit Eucharistiam, siue in Ecclesia, siue in Oratorio; præterquam in Pascha, id est, præter communionem paschalem, tempore interdicti recipere, itemque Ordinem, & extremam Vnctionem. Ex qua concessione à fortiori inferunt, reliquis aliis temporibus, in quibus nullum est interdictum, posse Eucharistiam & alia sacramenta recipi, ex reg. Cui licet, quod est plus de reg. iuris in 6. indicatque dictio etiam, quæ implicat calum difficultiorem, & supponit minus difficilem. Præterea exceptio debet esse de regula, ac de illius genere, & natura. leg. Nam, quod liquide. §. final. in fine ff. de pen. legata. leg. i. ff. de reg. iuris, vbi Decius n. 24. Gloss. in rub. de reg. iuris in 6. post prin. Caffador. decis. 8. n. 5. de concess. prebenda. & pluribus exornat Euerard. in loco ab exceptione ad regul. 110. n. 9. Couarr. l. 2. var. c. 5. n. 5. At in prædicto priuilegio sumendi Eucharistiam excipitur paschale tempus, in quo interdictum iure communi non est. Ergo illud priuilegium non solum de sumptione tempore interdicti, sed de sumptione extra tempus interdicti intelligi debet, aliis inutilis esset talis exceptio, vt potest sub priuilegio non contenta.

14. Sed est grauis difficultas, an ex supra dicto priuilegio habens Bullam possit recipere Eucharistiam reliquaque sacramenta à quolibet simplice sacerdote, à quo alias de iure non possent; Negat plures Neoterici cum Villalob. dicta i. p. §. 27. claus. 4. in fine. Mouentur: quia si Eucharistiam à quolibet simplice sacerdote, tam tempore interdicti, quam extra recipere potes ob priuilegiū bullæ, etiam poteris Ordinem, & extremam Vnctionem recipere: quia pro iis omnibus sacramentis tempore interdicti recipendis, facultas conceditur. At affirmare à quolibet sacerdote recipi posse extremam Vnctionem & à quolibet Episcopo Ordinem, est absurdum, & contra vsum, & consuetudinem receptam. Ergo priuilegium illud non personas, à quibus sacramenta ministranda erant, sed tempus, ministrationis spectauit, vt non obstante interdicto ministrarentur, ab illis tamen, à quibus de iure ministrari possunt. Deinde, si in prædicto priuilegio continetur facultas recipendi Eucharistiam à quolibet sacerdote extra Pascha, parochi licentia minime requisita; itemque facultas suscipiendi reliqua sacramenta, vt quid bulla paulo inferius concessit suscipiendi ipsam, vt possit eligere sacerdotem approbatum, qui eum à peccatis absoluat? Non igitur in prædicta facultate aliud continetur, quam impedimentum interdicti remotio.

15. Cæterum verius existimo, ex vi prædicti priuilegij te posse extra Pascha recipere Eucharistiam à quolibet sacerdote siue regulari, siue seculari, tamen si alias facultatem non haberet. Sic docuit Suar. i. in 3. p. disp. 72. sect. 2. Valsq. i. 3. in 3. p. quest. 77. disp. 219. cap. 5. à num. 47. Mouet, quia, vt ex supra dictis constat, hoc priuilegium non solum est pro tempore interdicti, sed extra interdicti tempus. At si extra interdicti tempus priuilegium non est suscipiendi Eucharistiam à quolibet simplici sacerdote, nullum est priuilegium: nam à proprio omnes recipere possunt: ergo vt priuilegium illud aliquod operetur, affirmandum est, virtute illius quemlibet sacerdotem ministrare Eucharistiam posse habenti bullam, siue in Ecclesia, siue in Oratorio.

16. Neque obstant rationes contrariæ. Nam ex receptione Eucharistia non inferunt, reliqua omnia sacramenta recipi à quolibet posse: sed ea tantum, quæ à Parochi, & Sacerdotibus ministrari solent: quia de his est sermo, non de sacramentis, quæ à solo Episcopo ministrantur: quippe iura episcopalia intacta esse debent. Quapropter ex vi illius facultatis non videtur improbabile, quod tradit Valsq. d. c. 5. num. 54. extremam Vnctionem recipi à quolibet sacerdote posse, & penitentiam à quolibet approbato. Neque obest, quod inferius concedatur facultas eligendi quemlibet approbatum: quia

conce

conceditur cum potestate ad absolendum à referuatis, quæ potestas in hac priori concessione generali non continebatur. Neque inde fit, irrequisito Parocho posse quemlibet matrimonio assistere: quia matrimonium non ministratur à Parocho, sed sibi ipsis contrahentes ministrant; ideòque ibi pro matrimonij Sacramento nulla datur facultas. Ordo autem, & Confirmatio, utpote Episcoporum propria, nequaquam conceduntur ab aliis, quàm à propriis recipi. Ab illis tamen tempore interdicti recipi posse videtur.

17. Pro supradictis concessionibus aduertendum est, duo à Pontifice exiggi, vt quis tempore interdicti prædictis priuilegijs gaudere possit. Primum, quòd interdicti causam non deserit, neque per ipsum stet, quin tollatur. Secundum, vt quoties vsus fuerit Oratorio, vel ad celebrandum, vel ad faciendum celebrari, vel ad assistendum ibi celebrationi, vel ad recipiendam Eucharistiam, orationes fundat pro victoria contra infideles, & Christianorum Principum pace. Primum ita necessarium est, vt nisi illud habeas, nullius priuilegijs ex supradictis capax exitas. Non enim rationi consentaneum erat, interdicti prohibitionem tollere ei, qui causa est interdicti, vel occasio, ne interdictum cesser. Secundum non videtur ita necessarium, ideòque non sub forma conditionis exigitur in Bulla Latina, sicut primùm aliàs, si inuincibiliter oratio omiffa esset, nullum esset priuilegium, teneatque illo vtens ante omnia orationem præmittere, neque satisfacere, si eam fundederet, diuinis assistens. Quod est contra communem praxim. Verùm esto, oratio non præscribitur, vt conditio ad vsus priuilegijs præscribitur tamen vt præceptum, vt constat ex illo verbo, *teuantur*, quod præceptum indicat. Sed, quia hæc non videtur materia grauis, sed leuis tantum: ideo illius omiffio non excedit culpam venialem, sicuti doctissimi Theologi de hac re consulti tradiderunt, teste Henr. lib. 13. sum. cap. 48. n. 4. in comment. litt. Z. Rodrig. in Cruciat. addit. §. 5. n. 4. Stephan. Dauila §. p. de censur. disp. 4. sect. 2. dub. 7. §. 4. Villalobos tract. 27. claus. 4. n. 7.

18. Tandem in prædicta clausula concessum est habenti Bullam, vt tempore interdicti possit, si decedat, sepeliri in loco sacro cum moderata pompa funerali. Quod esse priuilegium constat. Nam, vt optime obseruat Dauila de censur. §. p. sect. 3. dub. 2. concl. 1. Suar. disp. 35. de tertio effectu interdicti. §. 1. conel. 1. interdicto generali locali prohibita est ecclesiastica sepultura laicis tantum, etiam pueris, ex cap. Quod in 10. de panit. & remiss. & sumitur ex cap. Cum ex plantare §. Quod si. & cap. Priuilegia de priuilegijs. cap. Episcoporum eodem tit. in 6. & Clem. 1. de sepultur. Clericus namque absque priuilegio, nisi ipse sit interdictus, potest in loco sacro sepeliri, vt tradunt supradicti Doctores, & colligitur ex text. alleg.

Priuilegium igitur Bullæ tempore interdicti laicus adultus, puer, amens, & phreneticus poterunt sepeliri in loco sacro, dummodo in vita ipsorum fuerit Bulla suscepta. Neque obstat, amentem, phreneticum, & puerum Bullam pro ipsis susceptam non acceptasse: quia esto non acceptauerint expressè, præsumit Ecclesia, si discursum haberent, acceptaturos: & ob hanc interpretatiuam voluntatem priuilegium illis conceditur, sicuti notauit Villalob. dicto tract. 27. clausula §. numer. 2. Et quamuis hoc priuilegium sepultura contineatur in alio iam explicato recipiendi Sacramenta, & audienda diuina, quia priuilegiatus ad recipiendi Sacramenta, & audienda diuina, eo ipso est priuilegiatus ad sepulturam ecclesiasticam, vt docet Syluest. Interdictum §. q. 10. part. 6. Antonin. 3. p. tit. 2. §. 6. cap. 4. §. 1. Auila §. p. de censur. sect. 3. dub. 4. conel. 1. Tamen si Suar. disp. 35. sect. 1. num. 13. cum Gloss. Clement. 1. de sepultur. & aliis, videatur refragari: nihilominus ad maiorem claritatem, vel ad tollendos scrupulos in re dubia, & in controuersia Doctorum posita, optimo consilio additum, & expressum est hoc priuilegium: ea tamen lege, vt fiat cum moderata pompa funerali.

19. Quod si inquiras, quid per pompam moderatam intelligatur: Respondet Emman. Rodrig. in Cruciatam, §. 5. numer. 13. cui assentitur Villalob. claus. 5. tunc moderata pompa defunctum sepeliri, si ter tantum pro viris, bis pro feminis cymbala pulsentur, & more solito apertis ianuis Officij defunctorum canatur, excepta Missa, ex declaratione Leonis X. anno 1516. tradit Cordub. de Indulgent. quæst. 3. dub. 5. & in addit. ad comp. tit. Interd. vers. Quoad §. 11. Secundo, respondet Rodrig. iuxta Bullam Iulij III. anno 1551. ex Commiffarij declaratione, vt iuxta Bullam Pij IV. anno 1565. pompam moderatam esse, si sepeliatur defunctus dimidiata solennitate, ac cesser ea, quæ secundum statum qualitatis personæ adhibenda foret, interdicto secluso. Ego verò cenfeo, standum esse consuetudini receptæ, & Episcopi declarationi, si adfit sine minus Parochi, vt docent Ludouic. Lopez 2. p. instruct. vbi de Bulla, cap. 6. fol. 804. col. 2. Henriquez lib. 7. de Indulgentiis, cap. 13. n. 4. Man. in Bullam, §. 5. n. 12. Villalob. claus. 5. n. 3. In Hispania autem, teste Cordub. de Indulgentiis, lib. 5. quæst. 40. dub. 4. & in addit. ad Compend. interdicti. vers. Quoad hoc. §. 11. Auila sect. 3. dub. 4. §. Sed maior. moderatam pompam non excedit, si defunctus deferatur in tono cantando, & cum solitis

clamoribus, sepeliatque cadauer ianuis Ecclesiæ apertis, secundum quod habetur in Manuali Rom. sine Missa, nisi pro Missa, alia specialis concessio adfit. Additque Auila, rellatis Syluest. Angel. Armilla, Tabiena, Soto, Henriquez à dub. 2. conel. 3. not. 3. Clericis post cap. Alma mater, concedi sepulturam ecclesiasticam cum Officio defunctorum, & Missa, seruatis conditionibus, & circumstantiis in dicto cap. Alma præscriptis. Ex quo à paritate rationis extendit ad laicos, qui hoc Bulla priuilegio tempore interdicti gaudent.

20. Superest dicendum, an prædicta priuilegia pro tempore interdicti concessa locum habeant in cessatione à diuinis: Ratio dubitandi sumitur ex Clement. 1. §. Quod etiam & §. In cessationibus de sentent. excomm. vbi interdictum generale æquiparatur cessationi à diuinis. Ergo priuilegia pro tempore interdicti extendi poterunt ad cessationem. Sed contrarium omnino tenendum est, scilicet, priuilegia pro interdicto concessa nequaquam ad cessationem à diuinis extendi. Sic testatur Ioann. de Salas in explicat. Cruciate, quæst. 19. circa finem, sensisse plures Magistros Salmanticenses de hac re consultos anno 1563, & expressè tradit Nauarr. cap. 27. m. 189. Couarr. cap. Alma mater. 2. p. §. 4. n. 6. vers. Nec tamen erit. Henr. lib. 7. de Indulgent. cap. 30. n. 2. & lib. 13. de interdicto, cap. 53. n. 3. in gloss. litt. P. & num. 6. Rodrig. §. 5. num. 8. Auila 6. p. de cessat. à diuinis, disp. 1. dub. 5. Suar. de censur. disp. 38. sect. 2. num. 11. Acosta quæst. 29. Ratio est: quia tempore cessationis sinitur omnino à diuinis Officijs, & solum permittitur semel in hebdomada pro renouanda Eucharistia celebrare, ita vt solus Sacerdos cum ministro assistat, & concessio cap. Alma, vt inquit Couarr. supra, numer. 7. Henr. cap. 53. numer. 2. Auila disp. 1. dub. 3. §. Secunda opinio. Suar. illa sect. 2. num. 2. ad tempus cessationis non extenditur: ergo neque priuilegia pro tempore interdicti concessa ad tempus cessationis extendi debent.

Neque obstat ratio dubitandi: quia in eo loco, quantum ad aliqua æquiparatur interdictum generale cum cessatione, sed non inde inferitur in omnibus esse cessationem cum interdicto assimilandam: in multis enim non conueniunt: nam interdictum censura est, vt apud omnes constat, cessatio non sic, sed simplex diuino prohibito, vt contra Sorum, & Couarr. optime confirmat Suar. de censur. disp. 38. sect. 1. ex Patron. mit. in cap. Dilectis de appellacionib. num. 18. Nauarr. cap. 27. n. 164. quos sequitur Henr. lib. 13. cap. 52. numer. 1. & cap. 54. in fine. Auila 6. p. disp. 1. dub. 1. Vnde videmus, vt prædicti obseruant cum Nauarr. dicto c. 27. numer. 188. violantem interdictum fieri irregularem: sed non item violantem cessationem:

P U N C T U M VIII.

De priuilegio circa cibos veritos.

Hispana Bulla, neque Latina disferit, priuilegium circa cibos veritos in hæc verba promulgat: *Item, concede à tuis das las personas, que tomanen esta Bula, que durante dicho año puedan de consio de ambos Medicos espiritual, y corporal, comer carne en Quaresma, otros tiempos de ayuno, y dias prohibidos de comer carne por todo el año: y que à si mismo puedan libremente à su aluedrio comer guobos, y cosas de leche, de manere que los que no comieron carne guardando en lo de mas la forma del ayuno ecclesiastico, sean vistos auer cumplido, y satischo al dicho ayuno. Y en este indulto de comer guobos, y cosas de leche à su aluedrio, no se comprehenden los Patriarchas Primados, Arceobispos, Obispos, ni otros Perlados inferiores, ni qualesquiera personas regulares, ni de los seculares los Clerigos Presbyteros en quanto à los dias de la quaresma tan solamente. Empero sacando estos nombrados los que fueren de sesenta años, y todos los caualleros de las ordenes militares, que los vnos, y los otros podran comer guobos, y cosas de leche à su aluedrio, y gozar del dicho indulto. Hæc clausula duplex priuilegium continet. Primum circa esum carniū. Secundum circa oua, & lacticia.*

§. I.

Explicatur priuilegium de esu carniū, tempore prohibito.

1. Omnes habentes vsum rationis aliquibus diebus tenentur à carniū abstinere.
2. Qualiter intelligatur priuilegium his diebus adendi carnis ex consilio vtriusque Medici.
3. Expenditur sententia Ioan. Sanchez.
4. Reprobatur prædicta opinio.
5. Positio hoc priuilegio affirmant aliqui, se non posse bis, vel ter vesci carniū, si vnica illarum comestio tibi sufficiat.
6. Ferrer iudicium de prædicta sententia.

7. An solutus à lege abstinendi à carnibus solutus sis à lege vnius comestionis. Et pramis ratur aliqua certa pro quaestione decisione.
8. Prima sententia negat, te esse solutum.
9. Secunda affirmat, te solutum esse.
10. Tertia distinctione vtiur.
11. Iudicium fertur de predictis sententiis.
12. Qualiter simul cum carnibus possis pisces comedere.
13. Quid, si Episcopus sub excommunicatione prohibuerit esum piscium simul cum carnibus.

Opponendum est, non solum ex consuetudine, sed iure communi scripto teneri omnes fideles ad vsum rationis peruenientes, aliquibus diebus à carnibus abstinere, ex textu in cap. de esu carniu. de consecrat. dist. 3. cap. Quia dies dist. 3. & cap. Statuimus dist. 4. & can. 56. secta Synodi generalis, & aliis, que late expendit Couarr. lib. 4. var. quæst. 20. n. 15. Censetur autem fideles plerumque vsum rationis attingere; si septennium habeant completum. Vnde regulariter ante hanc ætatem, nec pater filio carnes porrigens, nec filius edens, legis transgressores censentur, vt docuit Ant. Gomez in Cruciat. ad 7. class. n. 16. cum Caiet. 2. 2. q. 147. art. 8. Victor. de confess. num. 148. Pedraza in confess. tertio præcepto, §. 18. Cordub. tit. casuum referat. q. 6. quia ante illam ætatem non præsumitur vsum rationis perfectum habere.

2. Bulla ergo concedit, vt iis diebus prohibitis vesci possis carnibus, non quidem ad libitum; sed de vtriusque Medici consilio. Nomine Medici spiritualis non venit solum Episcopus, & Parochus, qui semoto priuilegio possunt ex causa cum iuris subditis dispensare, vt tenet, aliis relatis, Leonard. Lessius lib. 4. de iustitia. dub. 6. num. 45. Ioan. Sanchez in select. dist. 54. n. 16. ex cap. Duo simul. de officio Ordin. sed etiam quicumque alius Confessor electus per Bullam, vt notatur Henriquez lib. 7. cap. 13. numer. 10. & 12. Villalob. 1. parte. summ. tract. 27. class. 6. n. 1. Rodriguez in explic. Bullæ, addit. ad §. 6. Ioan. Sanchez dist. 51. select. numer. 11. Neque opus est, vt recum dispenset, confessionem audire, vel aliquando audiuisse: sufficit, si ad confessiones audiendas approbatus existat: quia absolutè est Medicus spiritualis, & in eo verificatur conditio à Bulla requisita, vt bene Villalob. Rodrig. & Ioann. Sanchez. loc. cit.

Sed dubium est, quid prædictum priuilegium operetur? Nam, si cibi quadragesimales tibi grauius nocent, absque Bulla carnibus vesci potes. Si autem de nouimento non constat, nequit Confessor, & corporalis Medicus licentiam vescendi carnibus concedere. Communis sententia, de qua D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 4. Lessius lib. 4. de iustis. cap. 2. dub. 6. numer. 45. Vega 1. p. summ. cap. 14. casu 36. Palacios in 4. dist. 15. dist. 8. fol. 18. Graffis lib. 2. cap. 37. num. 15. Filliuc. 2. p. tract. 27. cap. 6. num. 126. & alij affirmant, stante dubio, an tibi cibis quadragesimalis nocent, te obligatum esse lege ieiunij: quia lex est certa, & solui non potest per excusationem dubiam Bullæ. Ergo priuilegium operabitur, vt asserent Medico corporali, dubium esse, cibos quadragesimales tibi grauius nocituros, possit spiritualis Medicus recum dispensare in abstinentia à carnibus, quia dispensatione facta omnis scrupulus deponitur, qui absque ea dispensatione non sine fundamento consurgere possit.

3. Ceterum Ioann. Sanch. in selectis, dist. 51. numer. 9. referens Henric. lib. 7. de indulgent. cap. 13. n. 2. & in comment. lib. N. existimat, te in supradicto dubio solutum esse à lege obligante abstinere à carnibus, neque in eo casu priuilegium Bullæ necessarium esse. Mouetur: quia in eo dubio non possidet lex positua; sed potius naturalis conferuandis propriam salutem; non solum cum est certum periculum; sed etiam cum est dubium verè fundatum. Qua ratione excusaris subueniente extemè indigenti, si probabiliter dubitas; ex tali subueniente extemum periculum passurum. Vnde non vincitur ius certum, scilicet, lex de abstinentia à carnibus, iure dubio; sed iure certo naturali vincitur ius certum posituum. Nam esto periculum nouimenti dubium sit: at non est dubium sed certum, te habere ius fugiendi non solum periculum certum, sed etiam dubium. Hoc ergo ius certum naturale vincit ius certum posituum. Quapropter priuilegium Bullæ: vt aliquid operetur, quod aliàs seculo priuilegio non liceret, inquit dictus Ioan. Sanch. dist. 51. n. 7. & seqq. quoties Medicus corporalis iudicat, causam esse sufficientem petendi dispensationem à Summo Pontifice in prædicta abstinentia, ipsi summe Pontificem prudenter concessurum: toties potest Medicus spiritualis recum dispensare, vt possis carnibus vesci. Quia doctrina posita, si dubium est aliquis nouimenti; esto non multum grauis, nec per se sufficientis excusare à lege, poterit Confessor recum dispensare: quia in eo casu potest Pontifex prudenter dispensationem concedere. Minor namque causa requiritur ad petendam dispensationem in præcepto, quam ad non seruandum illud, seclusa dispensatione, vt bene Suarez 1. de relig. lib. 2. de obseruat. festor. cap. 32. numer. 1. & cap. 33. num. 3.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

4. Ego verò nullatenus existimo; hanc explicationem priuilegij Bullæ sustineri posse; quidquid sit de veritate doctrinae, ex qua illa deducitur: quippe enim habenas laxat, & occasionem præbet præceptum quadragesimalis ieiunij penitus abrogandi. Quis enim est, cui aliqualè nouimentum cibibus quadragesimalis non inferat, & illius occasione non possit, à Pontifice dispensationem petere: quam si ille concederet, excusatus esset à ieiunio; Affirmare ergo, ex eadem causa, qua peti potest dispensatio à Pontifice, posse Confessarium dispensare, lata via est abrogandi ieiunium. Quapropter credo, in hoc priuilegio non potestatem dispensandi concedi Medico spirituali, sicut nec corporali: æque enim vtriusque consilium exigitur, vt manifestè indicant illa verba, de consilio de ambobus Medicis: nulliusque potestatis dispensandi tibi est facta mentio: sed vtriusque consilio, & iudicio posito; Medici, inquam, corporalis de nouimento graui dubio; spiritualis de conuenientia tue conscientia; Pontifex dispensat & facultatem tibi concedit vescendi carnibus, si aliàs causa in re sufficiens est, si verò sufficiat, vt securus, & absque vilo scrupulo procedas, semper tamen Medicus corporalis iudicare debet, saltem sub dubio ex abstinentia à carnibus graue tibi nouimentum prouenturum. Quod si vigeas, stante hoc iudicio, non esse opus priuilegio iuxta probabilem sententiam. Respondeo, satis esse, quod iuxta communem sententiam, necessarium sit: nam eo casu prudenter conceditur ad tollendam omnium dubitationem.

5. Posita hac dispensatione, & priuilegio vescendi carnibus, est triplex difficultas; Prima, an mortale comouitas bis, vel ter eodem die carnibus vescens: cum tamen vterque Medicus iudicauerit, vnicam comestionem sufficere, neque tibi necessariam esse binam, vel trinam; Affirmat Ioan. Sanch. dist. 51. select. in 14. & 15. Quia præceptum abstinendi à carnibus est negatiuum, ideoque semper seruandum est, & omnibus horis diei obligat, ab illoque excusari non potes, nisi ob necessitatem vel dispensationem; at necessitas solum est de vnica carniu comestione, cui dispensatio commensuratur. Ergo, si plures stant, illicitæ sunt, & contra præceptum. Et confirmatur. Si qualibet hebdomada Quadragesimæ abstinere à carnibus tribus diebus potes absque nouimento: non est dubium, te obligatum esse: quia solum ob nouimenti fugam carnibus vesci potes. At vnica comestione carnis facta quolibet die potes absque vilo incommodo salutis, imò cum illius commodo, vitam transigere. Ergo, si binam carniu comestionem facias, peccabis grauius, vt pote qui carnes comedis in die ieiunij absque necessitate.

6. Ceterum, etsi hæc sententia omnino consulenda sit, & in praxi seruanda: at raro seruatur, & non leuibus scrupulis est exposita. Quis enim examinabit, an infirmus lecto decumbens, febris continua laborans, vnica tantum, vel bina carniu comestione indigeat? quis eum affirmabit violatorem esse præcepti ecclesiastici, eo quod bis, vel ter carnes comederit, si vnica comestio necessitati sufficiat? Certè hæc aliena sunt à praxi & consuetudine recepta. Quapropter credendum est, eum qui ratione necessitatis aliquo die excusatur ab abstinentia carniu, absolute excusari. Nam esto, præceptum negatiuum sit, & omnes horas diei afficiat: afficit tamen sanos, non infirmos; infirmi autem ab illo integre excusantur. Et ratio videtur aperta: quia excusatio integra abstinendi à carnibus quolibet die; non delimitur ex eo, quod vnica carniu comestione facta possis absque incommodo salutis viuere, sed ex eo, quod cibis quadragesimalis eo die tibi nocent. At hæc ratio omnibus diei horis perseverat. Ergo præbet sufficientem excusationem abstinendi à carnibus toto die: secus est, quando constat, cibum quadragesimalem aliquibus diebus in hebdomada non fore nocituros.

7. Secunda, an deobligatus abstinere à carnibus, tenearis legem ieiunij de vnica comestione seruare. Pro cuius decisione aduerte cum communi sententia apud Lessium. lib. 4. c. 2. dub. 2. num. 8. tria in lege ieiunij præscribit. Primum, abstinentiam quorundam ciborum, maxime carniu Secundum, abstinentiam plurius refectionum. Tertium, certam refectionis horam quæ ratione consuetudinis modo est vndecima ante meridiem: olim nona diei, id est, tertia pomeridiana, vt colligitur ex cap. Solent. de consecrat. dist. 1. Ante hanc horam non licet ieiunium soluere. Quod si notabilis anticipatio absque causa fiat, docent Couarru. Nauarra. Caietan. Paludan. à Lessio relati dicto dub. 2. n. 15. esse mortale, tamen ipse Lessius, relatis Angelo, Innocent. Alenf. Palacio, Tolero, satis probabile reputat, esse tantum veniale: stante verò causa anticipationis, Nauarra. 2. n. 27. & plerique alij restantur, nullum esse peccatum, sicuti non est pro cuiusque arbitrio tempus refectionis prorogare. Dispensatus ergo in vfu carniu, adhuc intelligi potest adstrictus duplici alia lege, scilicet, vnius refectionis, & ne ante horam statutam fiat.

8. In hac re est triplex sententia. Prima negat, te solum esse ab obseruatione ieiunij quoad multiplicem refectionem, & illius statutam horam, tamen si solutus sis carniu abstinentia. Sic Ledes. 2. p. 4. q. 17. art. 3. dub. 9. Ioan. Medin. Cob. 4.

V.

de ieiunio, *quæst. 5. c. 9. Pedraza in tertio mandato, notab. 14.* Mouentur, quia præceptum continet plures partes: ergo deobligatus ab vna, non censetur ab aliis deobligatus. Non enim ex eo, quod deobligatus es ad legem ieiunij, deobligatus censetur à lege abstinendi à carnibus: ergo neque ex eo quod deobligatus sis à carnium abstinencia, deobligaris à lege ieiunij. Et confirmatur: quia in aliquibus Bullis antiquis notabatur, dispensatum ad vescendum carnibus, si in reliquis formam ieiunij seruaret, satisfacere ieiunij præcepto, eiusque meritum consequi. Ergo ieiunij præceptum stare potest cum esu carnium.

9. Secunda sententia docet, te liberum esse ab omni alia lege ieiunij. Sic Caiet. 2. 2. q. 147. art. 8. Nauarr. in sum. Hispan. c. 21. n. 25. Tolet. lib. 6. cap. 2. n. 4. Azor. 1. 1. lib. 7. cap. 10. q. 3. Filliuc. 1. 2. tract. 27. cap. 3. n. 52. docere videtur Thom. Sanch. in sum. lib. 4. cap. 11. n. 50. c. 53. quatenus affirmat, abstinenciam à carnibus esse de essentia ieiunij. Idem tradit Suar. 1. 3. in 3. p. disp. 70. sect. 2. Emman. S. à Ieiunium, n. 11. Henric. lib. 7. cap. 13. n. 13. Villalob. tract. 23. diff. 8. n. 8. Ioann. Sanch. disp. 51. sect. 2. n. 4. Ratio est: quia essentia ieiunij stat maximè in abstinencia à carnibus: quæ dempta, sicut non manet essentia ieiunij, sic neque obligatio ad ieiunandum, & seruandum alia duo requisita ad ieiunium.

10. Tertia sententia distinguit: Vel tibi concessus est usus carnium, solum quia cibus quadragesimalis nocet: vel, quia etiam debilis es, indigesque virtum recuperatione. Si ob hanc secundam causam concedatur, liber es ab omni lege ieiunij: quia finis concessionis admittit duplicem comestionem, & illatum gratia priuilegium etiam concessum est. At si solum ob nocendum cibi quadragesimalis tibi conceditur usus carnium, nequaquam potes bis comedere: sed formam ieiunij de vnica comestione seruare debes: quia finis dispensationis non tam est quantitas ciborum, & numerus comestionum, quam cibi conditio, & qualitas saluti proprie inimica. Sic Cordub. q. 143. c. 167. Rodrig. in Cruciat. §. 6. dub. 3. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. in fine. Valen. 1. 3. disp. 9. quæst. 2. p. 5. Anton. Gomez ad clausul. 7. Bullæ, num. 5. Acosta ibi, quæst. 81. & alij plures.

11. Dicendum igitur est, hanc tertiam sententiam satis probabilem esse, sempèrque in praxi fore consulendam: secundam verò sententiam probabilem esse, & securam, tum ob eius rationem, tum ob Doctorum auctoritatem. Neque obstat fundamentum primæ sententiæ: quia esto, præscribatur lege ieiunij, ne bis refectaris: id tamen præcipitur dependenter ab obligatione abstinendi à carnibus. Quare hæc detracta nulla alia obligatio subsistit. Secus verò, est si ob æratem vel aliam causam solutus esses à lege binam comestionem prohibente: non inde inferitur, te solum esse à lege abstinendi à carnibus: quia illud est minus, accessorium ieiunio: probarique facile potest ex reg. iuris, in 6. Cui licet, quod est plus licet etique, quod est minus. Et idem cui licet esus carnium, licet bina comestio: at, non cui licet, quod est minus, scilicet, bina comestio, licitum debet esse, quod est plus, scilicet, carnes comedere. Deinde non obstat, quod ex Bullis antiquis adducitur, quia illa verba iam expuncta sunt, fortè ne ania daretur adherendi illi sententiæ, & iudicandi, posse essentialiter cum esu carnium ecclesiastici ieiunij consistere. Quapropter Summus Pontifex solum de his, quibus licent, lacticia, affirmat, ieiunio satisfacere, si in reliquis seruent ieiunij formam, tacitè indicans comedentes carnes ieiunio satisfacere non posse.

12. Tertia difficultas est, an dispensatus ad esus carnium, possit simul cum carnibus pisces comedere? Non est dubium, omnia dispensatione edendi carnes, te posse piscibus vesci, tametsi aliquale salutis damnum sentias: quia obseruandum Ecclesiæ commune præceptum sufficiens causa est permitendi salutis damnum. Quæstio igitur procedit, casu, quo vtaris dispensatione edendi carnes, an simul possis piscibus vesci? Cui quæstioni breuiter respondeo cum Acosta quæst. 80. in Cruciat. Villalob. 1. p. sum. tract. 23. difficult. 8. n. 11. Thom. Sanch. lib. 3. de dispensat. disp. 1. n. 21. & in sum. lib. 4. cap. 11. n. 57. Ioann. Sanch. in select. disp. 51. n. 21. c. 22. Filliuc. 1. 2. tract. 27. c. 3. n. 54. per se loquendo, ne officiat salutis, licere: quia nulla lege esus piscium interdictus est: si autem salutis noceat, legem temperantia violabis leuiter, aut grauiter pro salutis dispensatio, & in documento.

13. Sed quid, si Episcopus sub excommunicatione prohibeat, vt prohibitum est in pluribus diocesibus, ne dispensati ad esum carnium, simul cum illis pisces edant, peccabunt pisces edendo? Respondet Ioann. Sanch. in select. disp. 51. n. 20. c. 21. Si causa excitandi appetitum, comedas pisces, non peccaturum: quia præceptum positum abrogare non debet, quod iure naturali debetur. Neque item, si comedas pisces suas, etiam abique causa, vel in ea quantitate, quæ tuæ salutis non noceat, quare, inquit prædictus Author, hoc præceptum violare tantum cenaberis, quando pisces simul cum carnibus gdes, quorum esus graue tuæ salutis nocendum inferat.

Hæc sententia sustinenda non est, quippe aliena profus est à veritate. Finis namque huius præcepti positum non est salutis corporali fuditorum consulere: sed fidelium adificationi: ne, inquam, dispensati in lege abstinendi à carnibus voluptati incumbant loco penitentia, quam alij præstant: ipsique præstare tenebantur: quapropter esus piscium, simul & carnium, esto nocuus non sit, prohibitus censetur. Pro esu namque nocuo opus non erat episcopalis prohibitio, cum iure naturæ prohiberetur. Neque permittendus est esus piscium ad excitandum appetitum, nisi fortè in tam leui quantitate, vt in considerationem non veniat. Nam esto, iuri naturali non repugnet, media assumere ad appetitum excitandum: non tamen iuri naturali debetur omnia media assumere: quinimo iuri naturali est conforme ab aliquibus abstinere ob bonum virtutis, præceptorum obseruationem, & fidelium adificationem.

§. II.

Expenditur priuilegium de esu lacticianum, & ouorum.

1. Quid iure communi statutum sit?
2. Extra Quadragesimam aliqui tenent, oua, & Lacticia iure communi prohiberi.
3. Verius est, sola consuetudine.
4. Quid Bulla priuilegium concedat.
5. Non prodest hoc priuilegium extra Hispaniam.
6. Qui excipiuntur ab hoc priuilegio?
7. Dominicus Quadragesime negari plures, exceptas personam posse vesci oua, & lacticianis.
8. Oppositum satis est probabile.
9. Quid dicendum.

1. Vt communi oua, & lacticia prohibita esse tempore Quadragesime non solum sub veniali culpa (vt immerito placuit Fagund. de quinque Eccles. præcep. lib. 4. c. 2. n. 6. motus auctoritate Glossæ in c. Denique disp. 4. quam Glossa, etiam plures excussiones reuoluerim, inuenire non porui.) sed etiam sub graui culpa, ex dicto c. Denique. vbi omnes Doctores norant apud Lessium de ieiunio, dub. 2. §. Porro, Ioan. Sanch. disp. 51. n. 18. idè hoc pro certo supposito, inquirunt, an extra Quadragesimam vigiliis, & feriis sextis totius anni, feria secunda, & tertia Rogationum sit obligatio ex iure communi scripto abstinendi ab ouis, & lacticianis.

2. Couarr. lib. 4. var. c. 20. n. 15. inquit, vniuersaliter oua, & lacticia vetita esse in omnibus ieiuniis ex sexta Synodo generali can. 16. vbi dicitur: *Vesum est, vt omnis Dei Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens ieiunium perficiat, & abstinere, sicut ab omni maculabili, sic ab ouis, lacte, & casu, quæ quidem sunt fructus eorum, à quibus abstinemus.* Et probari potest primò ex D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. & Glossa. Admonitio 33. quæ 2. dicitur, idè in Quadragesima præscriptam esse abstinenciam ab ouis, & lacticianis: quia à carnibus verici trahunt originem, & magnam cum carnibus affinitatem habent. Sed hæc ratio æquè militat in aliis ieiuniis extra Quadragesimam, & in omnibus diebus, in quibus esus carnium prohibetur. Ergo, & secundò, Bulla ab indulto edendi oua, & lacticia excludit Patriarchas, Primates, Episcopos, Presbyteros, & c. pro diebus Quadragesime tantum: quæ particula, *tantum*, inutilis esset, si aliis temporibus, præter Quadragesimam, prohibita non essent oua, & lacticia. Tertio, de essentia ieiunij tria sunt, abstinencia ab aliquibus cibis, abstinencia plurius refectionum, cetera refectionis hora. At de essentia ieiunij quadragesimalis est abstinencia non solum à carne, sed ab ouis, & lacticianis: ergo idem erit de reliquis ieiuniis. Fateretur tamen Couarr. in teris iam diu possessis à Christianis hoc ius scriptum contraria consuetudine abrogatum esse, sicut Lessius dicto dub. 2. §. Quoad primum, affirmat Belgio, quibusdam in locis, fere per totam Quadragesimam vesci posse ouis, & lacticianis.

3. Sed recedendum non est à communi sententia Theologorum, & Canonistarum, asserentium, sola consuetudine prohiberi oua, & lacticia in reliquis ieiuniis extra Quadragesimam. Sic habet D. Th. 2. 2. q. 147. art. 8. in corp. c. ad 7. Paludan. in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 4. Richar. art. 3. q. 5. ad 11. Quand. disp. 26. proposit. 52. Angel. Ieiunium, §. 5. Syluest. ibi q. 5. Armilla initio. Nauarr. cap. 21. num. 55. Cordub. in sum. quæst. 60. Medin. lib. 1. sum. cap. 14. §. 110. fol. 98. Alcozer. cap. 14. Pedraza in 3. mandato, cap. 14. Lessius dicto dub. 2. & omnes communitè Ratio est: quia nullibi extat tale ius. Nam, quod adducitur ex sexta Synodo non verget. Etenim (vt inquit Quand. supra §. Quiddam) sermo est ibi de sabbatis, & Dominicis Quadragesimæ, in quibus aliqui Armenij ouis, & lacticianis utebantur, quos præcepit sexta Synodus conformari in hac parte cum reliquis fidelibus, quibus iuxta Gregor. ilo cap. Denique, disp. 4. interdicta sunt oua, & lacticia. Deinde non obest ratio

tatio. Nam esto, Ecclesia mota fuerit ad prohibenda lactinia in Quadragesima: quia à carnibus trahunt originem: noluit tamen in omnibus anni ieiuniis prohibere: ne vehementer emungens sanguinem eliceret. Illa verò exclusiva, tantum cuius mentio fit in Bulla. Apostolica est ob consuetudinem alibi in Hispania, & quibusdam Gallie partibus vigentem, ut inquit Nauarr. cap. 21. n. 15. abstinenti à lactiniis in omni ieiunio, vel ad tollendos serculos, qui oriri possunt ex vltu ouorum, & lactiniorum in illis diebus, dum quis dubius, & anceps est, an sit, vel non sit consuetudo edendi lactinia, cuius anxietas quietem operatur securitas orta ex hoc Bulla privilegio. Valquez 1. 2. r. 2. disp. 177. c. 6. n. 54. Ioan. Sanch. disp. 51. sect. n. 19. testatur, in Hispania nullam esse consuetudinem, quæ obligare posset. Nam, cum consuetudo introduci, & confirmari debeat à maiore parte Communitatis, & maior pars Communitatis in Hispania ex privilegio Cruciatæ vescatur ouis, & lactiniis in omni ieiunio extra Quadragesimam, efficitur, nullam vigere consuetudinem posse abstinenti ab ouis, & lactiniis. Ad illud verò, quod obiciebatur de essentia ieiunij, respondeo, essentiam ieiunij esse abstinentiam à carnibus, vt carnes distinguuntur à piscibus, non ab ouis, & lactiniis, nisi in Quadragesima, semoto privilegio, & in aliis ieiuniis ratione consuetudinis. Vnde, cum præcipitur ieiunium, directè dicitur abstinentia à carnibus vbiq; & à lactiniis iure communi in Quadragesima, & in aliis diebus ieiunij, dum inualuerit interdicere consuetudo. Strandum ergo est consuetudini ciuitatis, oppidi, vel provincie, de qua nihil certum statueri possit, cum ex factò pendeat. Solum aduocum Nauarr. & communi sententia, consuetudinem præscribi quadraginta annis, ex cap. de consuetudine. His positis.

4. Privilegio Bullæ permittitur, vt in diebus Quadragesimæ, & in omnibus aliis diebus prohibitis omnes fumentes Bullam possint ad libitum vesci ouis, & lactiniis: sed non lardo, aut lagimine, vulgò, *mantea de puerco*: his enim non licet vti, nisi in illis partibus, vbi consuetudo fuerit concepta, & sicut fertur esse in Gallia, & Pona, propter olei penuriam.

5. Circa quod privilegium obserua primò, tibi non prodesse extra regna Hispaniæ existenti, tamen in Hispania Bullam succipiens: quia sic canetur in Bulla Latina his verbis: *Item, vt dicto anno durante, in omnibus, & singulis regnis, &c. & non extra illa*. Et quamuis Commisarius in Bulla Hispanica contineat hanc limitationem: standum est Bullæ Latinæ, quam non potest ipse se transcribere, vt substantiam privilegij mutet.

6. Secundo obserua, ab hoc privilegio excipi Patriarchas, Episcopos regulares, Presbyteros, &c. pro diebus quadragesimalibus tantum. Vnde in reliqua parte anni eis licebit ouis, & lactiniis vesci, siue iure scripto, siue ex consuetudine vesci prohibeantur. Nomine, *Regulares*, omnes Religiosi vtriusque sexus comprehenduntur: sed non Nouitij, qui in odiosis, qualis est hæc restrictio, nomine Religiosi non veniunt, ideoque vesci possunt ouis, & lactiniis, sicuti seculares, virtute huius privilegij, vt bene notauit Cordub. lib. 1. q. 30. aliis relatis Rodrig. in Cruciat. §. 6. n. 9. Fœminæ item votis solèmbus non abstricte, nullamq; seruantes clausuram, vulgò dictæ, *Beate & Eremitæ*, nullis Religiosis, & obediæ regulis alligati, & Commendatarij vxorati, qui non sunt verè Religiosi, etiam seruet modum aliquem Religiosis, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 4. ad 3. codè privilegio Bullæ gaudere possunt. Denique, stantur hoc privilegio Commendatarij militares S. Ioannis, & omnes Presbyteri hexagenarij, vt expressè habetur in dicta Bulla.

7. Superest dicendum, an supradictæ perionæ exclusi à privilegio edendi oua, & lactinia in Quadragesima, illis vesci possint in Dominicis diebus: Supponit questio, abique privilegio licitè non esse illis Dominicis vesci ouis, & lactiniis ex can. illo 56. sextæ Synodi generalis, iuxta Ouadi declarationem: sicque videtur consuetudine receptum: tamen sciam, viros doctos, vt notat Palacios in 4. disp. 15. disp. 8. Emman. Rodrig. §. 6. n. 3. asseruisse, nullo iure Dominicis prohibita esse oua, & lactinia: quia hæc Dominicæ non videtur comprehendi in Quadragesima, siquidè absq; illis quadragenarius numerus cõpletur.

Negant plures Bullæ privilegium prodesse: sic Anglii. q. 9. de abstinentia à cibo. difficult. 7. Rodrig. in explicat. Bullæ, §. 6. n. 8. vbi affirmat, se audiuisse à Commisario sic Pontificem cõsultum de hac re respondisse. Villalob. clausul. 7. n. 11. Henriq. lib. 7. de indulg. c. 13. n. 10. Th. Sanch. lib. 4. c. 11. n. 53. Ioan. Sanch. disp. 51. n. 25. vbi testatur, vidisse declarationem Greg. XIII. de hac re. Et inde sumitur præcipuum fundamentum huius sententia: nam, etiam privilegium extendi non possit ultra voluntarè concedentis, Pontifex concedens hoc privilegium declarat, ad Dominicæ Quadragesimæ non extendi posse. Deinde, quia vt constat ex c. *Denique*, disp. 4. ea, quæ origine trahunt à carnibus, prohibitis carnibus prohibita esse censentur. Denique, quia nomine *quadragesimalium dierum*, secundum stylum & communem vltimè Dominicæ dies videntur comprehendi.

8. Nihilominus Cordub. in sum. q. 8. fol. 437. Palacios in 4. disp. 15. disp. 8. fol. 127. Nufio Cabezo 1. de penit. in expost. Bullæ, §. 8. sub 5. Llamas 3. p. c. 5. §. 26. in fine. Anton. Gomez in explicat. Bullæ clausul. 7. n. 7. Villalob. n. 11. & quam plures alij Magistri

fatis probable existimant, privilegium Bullæ pro Dominicis prodesse. Primò, quia per dies quadragesimales non intelliguntur Dominicæ, ex Gregor. in c. *Quadragesima de consecrat. disp. 5.* iuncto c. *Denique*, disp. 4. Nam esto, antiquitus Quadragesima dies Dominicis comprehenderet, teste Speculatore in *ration. diuinor. Offic. lib. 6. c. de Dominica prima Quadragesimæ*, & colligitur manifestè ex dicto c. *Quadragesima*. quia Quadragesima incipiebat à prima Dominica. At Gregor. in dicto c. *Quadragesima*. dies Dominicis à Quadragesima subtraxit, & loco illorum addidit quatuor dies Dominicæ Quinquagesimæ, & duos ex hebdomada sancta. Ergo pro Dominicis privilegium Bullæ prodesse poterit. Secundo, in aliis ieiuniis per annum prodesse Bullæ privilegium. Ergo prodesse poterit in Dominicis Quadragesimæ, qui non sunt dies ieiunij, sed solum abstinentia. Tertio, quia Quadragesima specialiter excluditur ab hoc privilegio in reuerentiam ieiunij à Christo Saluatore nostro exhibitari: dies Dominicæ hoc ieiunium non representant: siquidem in illis non ieiunatur. Ergo in illis locum non habet privilegij exclusio. Quarto, & præcipue, quia Bulla Latina, ad cuius normam Hispana intelligenda, & regulanda est, tantum excludit à privilegio ieiunia Quadragesimæ, sub quibus manifestum est, dies Dominicis non comprehendendi. Verba Bullæ Latinæ concessæ à Gregor. XIII. die 5. Martij, anno 1574. cuius tenorem successores Pontifices sequuntur, hæc sunt: *Insuper declaramus, intentionis nostræ fuisse, & esse, sub indulto vescendi ouis, & lactiniis Prelatos, Archiepiscopos, aliosque Superiores, & inferiores, necnon alios personas ecclesiasticas regulares, & qui in ordine Presbyteratus fuerint seculares, extra quadragesimalia ieiunia tantum in omnibus aliis temporibus, & ieiunij totius anni comprehensos esse, & ipsis extra dicta tempora quadragesimalia, eis vti licere*. Ecce quomodo Pontifex permittit illis perionis, extra ieiunia quadragesimalia vti ouis, & lactiniis. Ergo poterunt illis vesci in Dominicis. Neque obstat, quòd Commisarius transcribens Bullam solum dixerit, *tan solamente en los dias de Quadragesima*: quin addiderit, *ieiunij*: quia, cum in rigore solum dies ieiunij sub Quadragesima comprehendantur, vt probatum est: satis intellexit, solos dies ieiunij explicari illis verbis. Non enim Commissario permillum est mutare privilegium plumbeæ, cum ex Latino idiomate in vulgarem linguam vertit, quinimo, vt testatur Emmanuel dicto §. 6. n. 8. Nauarr. c. 27. n. 62. in casum referuatur Bullæ Cœnæ incidere, si substantialem faceret mutationem. Ergo Commisarius per dies quadragesimales non potest dies Dominicis intelligere, cum Bulla Latina solos dies ieiunij intelligat.

9. In hac questione dicendum existimo, in rigore hanc secundam sententiam probabilem esse, & secuta conscientia sequi posse, quousque illa prædicta declaratio Pontificis, quam Doctores referunt, authenticè publicetur, & iuridicè constet.

PUNCTVM VIII.

De facultate eligendi Confessorem.

Privilegij summa sic habet: *Item, paraque con mas puridad, y limpieza de sus conciencias puedan hacer oracion, concede su Santidad à todos los susodichos, que puedan elegir por Confessor qualquier Presbytero secular, o regular, de los aprobados por el Ordinario, el qual les pueda absolver una vez en la vida, y otra en el articulo de la muerte, de qualesquier peccados, y censuras, aunque sean de los reservados, y referuadas à la Sede apostolica, y de los declarados en la Bula de la Cena Domini, excepto del crimen y deliro de la heregia, y de la censuras, y peccados ne referuados à la Sede apostolica, los puedan absolver tantas, quantas voces los confessaren con penitencia saludable, conforma à las culpas. Y en caso que sea necesario satisfacion para conseguir la dicha absolucion, la hagan por sus personas, y auiendo impedimento, la puedan hacer sus herederos, o otros por ellos.*

§. I.

Qui Confessarius, & qualiter absoluere, possit à peccatis referuatis habentem Bullam.

1. Confessarius debet esse approbatus ab Ordinario, & à quo Ordinario.
2. Parochus, dum Parochus est, vbi libet eligi potest.
3. Approbatus per examen, vel alia, qualiter eligi possit.
4. Qualiter regulares eligi possint.
5. Hic Confessarius re absoluere potest ab omnibus peccatis referuatis Sedi apostolica semel in vita, & semel in morte.
6. An à peccatis referuatis Pontifici, si occulta sint, possit sepe absolui? Affirmat Sanch.

7. Verius videtur semel tantum absolui posse.
8. Fit satis oppositio fundamento.
9. Nomine articuli mortis presumptus intelligitur.
10. Quid operetur hoc privilegium.
11. In articulo mortis non tenetur sumere Bullam, ut absoluaris a reueratis.
12. Pro omnibus peccatis, excepta hæresis, est privilegium.

Expressè bulla requirit, debere esse confessarium ab Ordinario approbatum: sed quia ordinarius esse potest, vel loci, in quo fit confessio, vel penitentis, vel confessarii, ideo non est certum, à quo approbatio danda sit. Probabilis existimo, necessariò esse concedendam ab ordinario confessarii: quia est actus iurisdictionis in confessarium exercitæ, ut dixi *tractat. de penitentia, part. 17. §. 3.* Neque reputo improbabilem sententiam Henrici. *l. 7. de indulgentiis, cap. 12. num. 4. & in comment. libr. O. Emmanuel Sa verbo Confessor, num. 6. de edition. gemina.* asserentium, cuiuslibet Ordinarij. siue loci, siue penitentis, siue confessarii approbationem sufficere: quia nec bulla, nec concilium limitant. Non est igitur à nobis in hoc privilegio, quod latè debet interpretari, limitatio adhibenda.

2. Hinc infero, parochum, dum parochus est, eligi posse vbi libet virtute bullæ, sicuti dixi *dicto punct. 17. §. 2. num. 7. & 8.* quia vbi libet est parochus, & beneficium retinet, ratione cuius cenet Concilium, esse idoneum ad confessiones audiendas. At si parochus à beneficio remouetur, vel illud renunciet, si aliam non habeat approbationem, nequaquam eligi poterit: quia eius approbatio beneficio annexa est, ut latius probaui *tract. de penitent. dicto punct. 17. §. 4. num. 1.* Quicquid contra sentiat Villalob. in *explic. cruciat. tr. 27. claus. 9. §. 1. in fine.*

3. Infero secundò, si per examen sacerdos approbatus sit, durante approbatione eligi potest, ut de se conitat, tametsi approbatio solùm pro limitato tempore fuerit concessa: quia verè est approbatus. Finito verò illo tempore non est censendus approbatus, ut probaui *dict. §. 4. num. 2.* tametsi Sebastian. de Acosta in *Cruciat. quest. 39. in fine.* contrarium sentiat: inquit enim, confessorem expositum in aliqua parochia, loco, vel diocesi pro certo tempore, transacto illo tempore, etiam si licentia non reformetur, posse eligi per bullam, quia expositus ad tempus simpliciter est approbatus ab Ordinario, quousque ex causa legitima reprobetur, & indignus iudicetur. Contentit ex parte Rodrig. §. 9. n. 33. loquens de religiosis, quos dicit posse eligi virtute bullæ, si approbati sint ab Ordinario pro limitato tempore, eo, transacto, quando hæc limitatio apponitur ad vexationem eis faciendam (quod non est præsumendum: scilicet si ut curam, & diligentiam adhibeant in studendo: quia non fuerunt iudicati latis sufficientes, nisi ob spem nouæ diligentie in studiis adhibendæ. Quòd si sacerdos ad viros, & non ad fœminas approbatur, vel ad certum genus personarum, esto, plures censent, & satis probabiliter non posse ab alijs per bullam eligi: contrarium, ut probabilius, firmamus, §. 2. num. 10. eò quòd in ipso verbo bullæ verificentur: siquidem eligitur ab ordinario approbatus.

4. Qualiter autem religiosis, & sæcularibus approbatio semel concessa reuocari possit, & effectum reuocatio habeat, tradidimus *dicto tract. de penitent. p. 17. §. 4.* Illud aduerto regulares semel approbatos in vnicò Episcopatu, eligi posse virtute bullæ in illo Episcopatu, siue iustè, siue iniuste approbatio reuocetur: quia bulla Latina sic habet: *Quoad regulares sufficiat, quod talis confessor fuerit semel approbatus.* & notauit Rodrig. §. 9. n. 31. & 32.

Hic igitur confessarius approbatus, & à te electus poterit te absolueri ab omnibus peccatis, quæ Sedi apostolicæ reseruat non sunt, toties, quoties, durante anno in ea incidetis: à reseruat non sunt Sedi apostolicæ, excepto crimine hæresis, semel tantum in vita, & semel in morte potest, quia sic cauetur in bulla; & late, & eruditè probat Acosta *quest. 63. & seqq.*

5. Sed est difficultas, an hæc vnica absolutio intelligenda sit de peccatis eiusdem speciei, & non de peccatis in specie diuersis. Non enim desunt, qui arbitrentur, de peccatis eiusdem speciei intelligi debere. Quare si in peccata diuersæ speciei labaris, credant, te posse pluries absolutionem obtinere. Sed est sententia improbabilis absque vlla apparenti ratione, & contra bullæ tenorem: tantum enim concedit, ut à reseruat non sunt Sedi apostolicæ semel in vita, & semel in articulo mortis absolui possis. Si autem pro diuersitate peccatorum obtinere absolutionem posses; non semel tantum, sed pluries posses eam absolutionem obtinere, deberetque bulla latè dicere, ut posses semel in vita, & in morte à quolibet peccato reseruat non sunt Sedi apostolicæ absolutionem: cum autem id non exprimat; sed potius dicat, ut semel absolui possis, efficitur manifestè, obrepta absolutione à reseruat non sunt, nulla ratione te posse virtute illius bullæ aliam à reseruat non sunt obtinere. Atque ita tenet Rodriguez §. 9. numer. 35. Aco-

sta *quest. 70.* Villalob. *clausul. 9. §. 2. numer. 5.* Dixi virtute illius bullæ: nam, si aliam suscipias, ut suscipere potes; sed non plures, potes iterum in vita, & in morte absolui, siue ab eisdem peccatis specie, siue à diuersis.

6. Sed, quid, si illa peccata Pontifici reseruat non sunt neque ad forum contentiosum deducta, poterint absolui non semel tantum, sed toties, quoties? Affirmat Thom. Sanchez, *l. 4. in Decalog. c. 54. n. 27.* Quia iam illa peccata non sunt Pontifici reseruat non sunt, sed Episcopis, quibus ex Trident. concessa est facultas absoluedi ab omnibus casibus occultis, quæ facultas, cum generalis sit, & omnibus Episcopis ob eorum dignitatem facta, pontificiam reseruationem videtur de medio tollere, sicuti si Episcopus sua constitutione synodali casus si bi reseruat non sunt parochis concederet, reseruationem tolleret: quia non ex delegatione, sed iure ordinario illis ea facultas competeret.

7. Nihilominus, etsi sententia prædicta probabilis sit, oppositam probabiliorē censo cum Henriquez *l. 6. de penitentia c. 14. quest. 7.* Bannes *2. 2. quest. 64. artic. ultimo. ad finem.* Mouerit: quia hi casus non committuntur Episcopis, tanquam Ordinarijs, sed tanquam sedis apostolicæ delegatis, ac proinde non desunt eis casus pontificij, & Pontifici reseruat non sunt: quia nemini alteri competunt iure ordinario; sed ex delegatione. Neque obstat, Episcopos eorum absolutionem delegare posse, possunt utique: quia ea delegatio est perpetuò annexa dignitati, ac proinde tanquam ordinariâ delegari potest.

8. Ad fundamentum oppositum respondeo, prædictos casus competere Episcopis iure specialis delegationis, & non ordinario; ideoque reseruationem non perdere. Secus esset, si constitutione synodali omnibus Parochis competere episcopales casus, cessaret reseruat non sunt: quia iure ordinario eis competeret, & non iure specialis delegationis, cum Episcopi potestatem non habeant constituendi delegatos lege generali.

9. Nomine articuli mortis, pro quo hoc privilegium conceditur, non solùm verus articulus, sed præsumptus, seu probabilis intelligitur, ut bene alij relatis docuerunt Rodrig. in *Cruciat. §. 9. n. 38.* Anton. Gomez ad *decimam clausulam. n. 41. & 14.* Villalob. *claus. 9. §. 2. num. 7.* Acosta *quest. 71.* Suarez *de penitentia. disp. 26. sect. 4. n. 3.* Et ratio videtur manifesta: nam si solùm pro mortis articulo vero hoc privilegium concessum esset, vix eo uti posses, ne scies, an infallibiliter sis moriturus, sapèque periculo nullitatis absolutio exponeretur. Deinde sumentibus aliam bullam eodem anno idem privilegium absolutionis conceditur. Ergo signum est, non de vero articulo, sed de præsumpto intelligi concessionem; semel autem eo privilegio utens, nequis iterum eo gaudere, durante anno, tametsi in periculo mortis incidat, nisi aliam bullam sumas, ut sumere potes: quia bulla expressè restringit, ut semel tantum eo uti possis: scilicet esset si eam non appouisset restrictionem.

10. Quòd si inquiras, quid operetur hoc privilegium absoluedi à reseruat non sunt articulo mortis; siquidem iure communi in eo articulo nulla est reseruat non sunt iuxta text. in *c. Pastoralis de officio Ordin. c. 1. eos qui de sentent. excom. in 6. & Trident. sess. 14. cap. 7.* Facile respondetur operari quidem hoc privilegium, ut possis in eo articulo à quolibet approbato absolui præsentem proprio Sacerdote, quod secundum probabiliorē sententiam licitum non erat. Secundò, ut sic absolutus maneat tam à peccatis quam à censuris, ut non tenearis postmodum, si mortem effugas, coram superiore comparere: quam obligationem subires, si ex hoc, vel simili privilegio absolutionem non impetrasses; sed solùm ob vrgentem necessitatem, iuxta text. in *c. eos qui de sentent. excom. & tradit. Suar. de penit. disp. 30. sect. 3. à n. 5.* Sanchez *l. 2. Decalog. cap. 13. num. 31. & 32.* Villalob. *claus. 9. §. 2. num. 7.* Anton. Gomez *claus. 10. num. 16. & alij.*

11. Vnum tamen placet aduertere cum Sanch. *l. 2. summ. cap. 13. numer. 14.* te in articulo mortis constitutum, & casus habentem reseruat non sunt obligatum non esse sumere bullam, ut ab eis absoluaris: sed poteris à quouis confessore absolui; cum obligatione tamen comparandi, si absolutio fuit à censuris reseruat non sunt Pontifici, ex text. in *c. eos qui de sentent. excom. in 6.* Quia nemo tenetur querere privilegium; sed potest uti beneficio communi iuris. Excusaberis postmodum ab obligatione comparandi, si sumpta bulla per Confessorem electum absoluaris, ac si nunquam absolutus esses: quia ex privilegio vices superioris gerit, ut bene notauit Sanchez *dicto l. 2. in Decalog. c. 13. n. 32.*

12. Quod ad peccata attinet, ad omnia extenditur dictum privilegium, crimine tantum hæresis excepto, ob eius grauitatem, Hæresis autem intelligi debet exterior; nempe quæ ipsomet actu exteriori declaratur, & manifestetur, ut latè expendit Sanch. *l. 2. in Decalog. cap. 10. & 11.* & nos diximus *tr. 4. de fide, vbi de hæresis eiusque absolutio.* Reliqua verò peccata, quantumvis grauius, & esto, commissa sint post bullam acceptam

ceptam : quinimò esto, fuerint commissa fiducia absolutiois obtinenda per Cruciatam, possunt absolui, sicuti dixi tract. precedenti. punct. ult. de Iubileo: quia nulla est facta in prædicto privilegio limitatio. Ergo absque fundamento adhiberetur, argum. text. in cap. Solita sunt. de maior. & obedienc. cap. Porro. cap. Clem. & plantare. de privilegio. id eo quod cum Pontifex intendit, ne privilegium profici delinquentibus, ex illius fiducia id exprimit, ut videri potest in Bulla compositionis, & pluribus comprobatur Nauat. de Indulgent. notab. 30. numer. 7. Cordub. lib. 5. de indulgent. quest. 37. proposit. 3. Cum ergo in presenti id non exprimat, manifestum est; privilegium prodesse: & ita, præter Doctores ibidem relatos, docent Suar. tom. 2. de relig. lib. 6. c. 13. Sanch. in Decal. lib. 4. c. 58. n. 18. Ioan. de Salas in manuscriptis, q. 2. de exposit. Cruciat. Cordub. lib. 5. de indulgent. q. 37. & 74. Villalob. claus. 9. Bulla. n. 19.

§. II.

An Religiosi aliorum Ordinum à Societate virtute Bullæ absolui possint à peccatis eorum Superioribus referuatis.

1. Affirmant plures, & quibus probent.
2. Negant alij probabilius.
3. Expenduntur aliquæ rationes, quibus alij suam sententiam firmant.
4. Displicent prædictæ rationes.
5. Fit illis satis.
6. Decisio questionis.
7. Quia dicendum de Nouitiis.

Plures Doctores non infimæ notæ sentiunt, posse Religiosos, sicuti sæculares, virtute Bullæ eligere Confessorem, qui eos, in consulto Prælato, à referuatis absoluat. Sic docuerunt plures Magistri Salmaticenses de hac re consulti, teste Villalob. tract. 25. claus. 9. n. 11. Basil. de Leon. in Manuscript. in explic. Cruciatæ. q. ult. Eusebius de Herrera Augustinianus de statu religioso. dec. 9. per. 101. Ioan. Sanch. in select. disp. 43. n. 20. in fines. & n. 13. §. Fætor. & probabilem reputat Cordub. de indulgent. quest. 49. Emman. Rodriguez in explicat. Cruciatæ. §. 5. n. 24. & 25. Fundamentum est: quia Bulla æque Religiosis, ac sæcularibus concedit facultatem eligendi Confessorem, sicuti & alia Indulta, Indulgentias, & privilegia. Nam in ipsa Bulla habetur: in Monasteriis, etiam Mendicantium, si pro quolibet denario Religiosorum militem mittant: si minus de suis bonis liberaliter erogauerint; Indulgentiam plenariam consequantur. Quibus autem indulgentia conceditur, concessa est facultas eligendi Confessorem, ut constat ex illis verbis. Item cunctis in Santidad à todos los susodichos, &c. At hæc facultas privilegii concessis ab Alexand. VI. Innocentio VIII. Leone X. Pio V. & Clemente VIII. quorum meminerunt Rodriguez Collector privilegiorum, Acosta, & alij referendi; & non potest centies reuocata. Primum, quia est facultas onerosa, & remuneratoria, quæ nunquam præsumitur reuocari, nisi illius fiat expressa mentio, & compensatio reddatur, ut pluribus firmatur tract. de legib. disp. 4. part. 21. §. 2. Secundò, quia, esto, reuocaretur prædictis privilegiis: noua tamen Bullæ concessione vigorem recuperaret: quod non leuiter indicant tot privilegia in contrarium repetitiones: si enim quodlibet ex illis privilegiis noua Bullæ concessione non reuocatur; sed firmum persistit: ut quid tot multiplicentur? Tertio, prædicta privilegia, quibus Bullæ facultas restringitur, non videntur à Religiosis acceptata: sed illis non obstantibus, ex tacito Prælatorum consensu Religiosi absque vilo scrupulo Bulla videntur ad eligendum Confessorem, ut docet Henriquez lib. 6. cap. 16. in comm. litt. P. Ergo facultas in Bulla contenta firma persistit. Quòd si dicas, ea privilegia acceptatione non indigere: quia proprie non sunt privilegia, & concessiones: sed generalis facultatis eligendi Confessorem, quæ in Bulla conceditur, declarationes: obstat: quia ea declaratio non continetur in prædicta facultate generali, cum potius illi contraria sit: quando autem legis declaratio nouum ius constituit, necque in lege contentum, eandem promulgationem, & acceptationem expostulat, ac si effectus nouiter constituta.

2. Nihilominus censo verius, prædictis Religiosis Bullam non prodesse quoad facultatem eligendi Confessorem, oboliuendique à referuatis. Moueo: quia est sententia fere omnium Doctorum, qui sua scripta typis mandarunt: sic enim tradit Ledesma 2. part. 4. quest. 29. art. 2. Collector. privileg. in Compend. Mendicant. verb. Cruciatæ, & verb. Absoluto quoad Fratres. & ibi Cordub. in annotat. & super Reg. D. Francisca. cap. 7. quest. 8. punct. 2. & Compend. Bernard. verbo, Bulla Cruciatæ. Passarell. de privileg. Minor. cap. 1. Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars I. V.

10. Sorbus post Compend. Mendicant. pag. 544. & verbo Cruciatæ. Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 9. & cap. 16. n. 7. & lib. 7. cap. 22. Candelab. aureum 1. part. de absolut. num. 25. alias 35. Rodriguez 99. regular. tom. quest. 21. art. 10. & in explicat. Cruciatæ, §. 9. num. 24. & seq. Sebastianus de Acosta quest. 107. Villalob. clausul. 9. §. 3. num. 14. Garcia de beneficiis. p. cap. 5. à num. 60. & seq. Suarez 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 16. à num. 1. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 7. §. 2. num. 8. Secundò, quia citò in Bulla æque Religiosis, ac sæcularibus concessa fuerit potestas eligendi Confessorem, & absoluedi à referuatis. At Alexand. VI. sicuti refertur in Compend. Ordinis Cisterciens. verbo, Bulla Cruciatæ, §. 1. & in tomò privilegior. eiusdem Ordinis, privileg. 16. num. 7. prohibuit Cisterciensibus Cruciatæ vsum: & Innocent. VIII. relatus in Compend. privileg. Mendicant. verbo, Confessiones, & Confessores §. 6. eundem vium Augustinianis prohibuit: quam prohibitionem ad Minores extendit, ut constat ex eodem privileg. verbo, Absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 12. Quod confirmauit Leo X. relatus in eodem Compend. §. 17. & 18. & verbo, Cruciatæ, §. 3. & 5. & ibi Collector, & Pius V. pro Dominicanis, & nouissimè Clemens VIII. & Paulus V. pro omnibus Regularibus declararunt; nunquam esse, nec fore suæ mentis in facultate Cruciatæ, aliorumque Indultorum concedentium facultatem eligendi Confessorem comprehendere Religiosos. Ergo facta hac declaratione potestas, quæ generalis erat, restricta remanet: quæ tamen restrictio non tollitur per subsequentem Cruciatæ concessionem. Tum, quia semper præsumitur concedi sub ea limitatione, dum contrarium manifestè non exprimitur. Tum, quia satis in iure receptum est, speciem non derogari per genus, iuxta Gloss. fin. in c. Generi. de reg. iuris, in 6. & pluribus comprobatur 22. 3. de legib. disp. 1. p. ult. §. 4. n. 14.

3. Alias rationes, meo iudicio, inefficaces cumulant in probationem huius sententiæ plerique ex prædictis Doctoribus, quas breuitatis causa omitto. Solum aduerto, non mihi probati modum, quo Suarez suam sententiam firmat: existimat namque Bullam Religiosis non prodesse: quia illa facultas generalis eligendi Confessorem nunquam illis fuit concessa: sed semper ab illa fuerunt excepti. Ad quod asserendum mouetur, tum ex prædictis Bullis Leonis X. Pij V. Clementis VIII. & Pauli V. asserentibus, neque esse, nec fore Pontificis intentionem, Religiosos sub illa facultate comprehendere: & cum sit lex declaratiua, extendi potest ad præterita. Tum ex ratione: quia in generali concessione non veniunt, quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus, ex regula generali, de Reg. iuris, in 6. At non est verisimile, hæc facultatem sic generalem eligendi Confessorem velle Pontificem Religiosis quibuscunque concedere. Primum, quia talis facultas in non leue detrimentum discipline religiose, & obleruantie regularis cedit, ut dixerunt Pius V. & Gregor. XIII. & Clemens VIII. in suis Bullis Secundò, quia in Iubileis, quæ ad tempus, & ob aliquam occasionem specialem conceduntur, ubi hæc facultatem Religiosis Pontifex concedit, verbis clariis, & manifestis id exprimit. Cum ergo id non faciat in præterita, non debet intelligi concessa. Tertio, quia Trident. sess. 25. cap. 10. iudicans expedire Monialibus bis, vel ter in anno Confessores extraordinarios designari: statuit, ut ab Episcopo, vel earum Superioribus designentur: ergo non est credendum, hoc privilegio, quod est quasi perpetuum, quia semper continuatur, remitti Monialibus eorum designationem, quoties sibi placuerit. Neque item mihi probatur secundum fundamentum, quo Suarez & plures alij mouentur, quod sic se habet. In vltima clausula Bullæ Commissarius suspendit omnes gratias, facultates, & indulgentias quibuscunque personis, Monasteriis, locis piis, &c. & postmodum inquit: Exceptis tamen quæ concessa sunt Ordini Mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres. quæ exceptio, cum generalis sit, cadit in omnia præcedentia: ac proinde non solum excipit indulgentias, sed quilibet facultates, quæ Superioribus concessæ sint. Ergo excipit facultatem, ne eorum subditi absque eorum licentia Confessorem eligant, & à peccatis absoluantur.

4. Hæc, inquam, rationes mihi non probantur. Existimo namque, facultatem in Bulla concessam eligendi Confessorem æque Religiosis, ac sæcularibus competisse: tum ex verbis generalibus, quibus Bulla vtitur omnibus fidelibus, cuiusque sexus, cuiusque conditionis, & qualitate, &c. sub quibus necessitudo veniunt Religiosi. Tum, quia expressè facta mentione, tū Regularium, tum sæcularium, facultatem edendi oua, & lacticia concedit, & plenariam indulgentiam, & facultatem eligendi Confessorem absque vlla distinctione, & à facultate edendi oua, & lacticia in quadragesima Religiosos excipit: ergo, cum in facultate eligendi Confessorem nulla fiat exceptio, sub illa comprehensæ erant: & probatur ex concessione Gregorij XIII. facta Societati, quæ refertur in Comp. priuileg. Societatis verbo, Gratiar. usus, §. 2. Concedit namque Gregor. Superioribus Societatis, ut possint subditis vsum Cruciatæ concedere, & limitare, prout sibi visum fuerit. Idemque colligi

potest ex Urbani Bulla in sequenti *pum.* inferenda, ubi manifestè supponit, per Bullam Cruciatam in se spectatam omnibus Religiosis concedi facultatem eligendi Confessorem.

5. Neque obstant rationes, quibus Suarez movetur: nam Innocent. Alexand. & Leo X. solum dixerunt, non esse, nec fore suam mentis, quòd Bulla Cruciatæ Religiosis profit quoad potestatem eligendi Confessorem, non autem declarant, à principio non profuisse, Pontificemque primò concedentem non habuisse intentionem: quinimò, etsi illam haberet, debeat exprimeret, ut Religiosi ab usu illius facultatis censerentur excepti. Quòd verò Clemens VIII. & Paul. V. addiderint, non fuisse eorum mentem Religiosos in prædicta facultate comprehendere: non probat, à principio comprehensos non fuisse: sed probat, post Bullas Alexandri, Innocentij, Leonis, aliorumque Pontificum iam non comprehendendi. Ad rationem nego, Pontificum non fore in specie concessurum hanc facultatem Religiosis. Concessit utique, ut sic Religiosi excitarentur ad subsidium ferendum bello contra Ecclesiam inimicos, & fides dilataretur: neque illa concessio, quæ in vi privilegij reuocabilis sit, cedere potest in graue Religionis detrimentum, aliàs iniquè processisset Pius IV. anno 1561. qui Bullam hoc tenore concessit, prout Ioan. de Salas *quest. ult. in explicat. Bullæ*, testatur se vidisse: *Concede su Santidad, que todas las demas personas, aunque sean Religiosos, y de las Ordenes Mendicantes, sin que tengan licencia de sus Superiores, puedan tomar y se escribir para ello goçen del dicho Jubileo plenissimo, y puedan elegir Confesor Clerigo, o Religioso, el qual oida su Confesion, pueda absolver de todos sus pecados, quanto quier graues, y enormes, &c.* Et infra: *Y quiere su Santidad, que cada vez, que tomare esta Bula, goçen de nuevo de todas las otras, que hubieren tomado, especialmente desta gracia, de elegir Confesor, y ser absueltos plenariamente, aunque sean, como dicho es, Religiosos, o Religiosos, aunque sean mendicantes, sin licencia de sus Superiores.* At non est affirmandum, Pontificem in hac concessione peccauisse; sed, esto, minus fuerit conueniens, non tamen absolutè iniquum. Etenim, sicut aliquibus hæc facultas eligendi confessorem aniam peccandi præbet: aliis verò difficultas recurrendi ad Superiorem pro commissis, occasio est, ne statim à peccatis resurgant: sed in grauiora labantur, & continuo peiores fiant: quapropter & concessa facultas, & illius restrictio legitimos fines habere possunt. Quod verò ex Trident. adducitur, simile non est. Aliud enim est legem statuere, aliud privilegium & ex causa onerosa concedere. Privilegium namque fauorabilius debet esse, quam lex: quia id sonat nomen privilegij, præcipue cum pro limitato tempore sit concessum. Adde Trident. non prohibere, quin pluries, quàm bis, vel ter Confessores designentur: sed præcipit, ut ad minus bis, vel ter fiat eorum designatio, quæ lex non impedit specialia privilegia: neque specialia privilegia eligendi Confessorem eam legem infirmant: sed potius eius inuentum fouent.

Secundum argumentum de exceptione apposita in Cruciatam minus efficax est. Quia reuocatio caluum à Superioribus facta non est in fauorem Religiosorum, esto, cedat in illorum bonum: sed est in eorum grauamen: siquidem restringit facultatem eligendi Confessorem aliàs illis competentem: & cum concessio facultatis sit fauor, illius restrictio, & denegatio onus erit. Non igitur ea exceptio intelligi potest de hac facultate: sed de facultate, quæ in fauorem Religiosorum cedat. Deinde, illa exceptio intelligi debet de iis, quæ prius suspenderat Commissarius, aliàs exceptio non contineretur sub regula. At Commissarius facultatem referuandi casus, utpote ad gubernationem ecclesiasticam pertinentem, non suspendit: sed solum suspendit indulgentias, facultates, & privilegia à Sede apostolica concessa obtinendi absolutionem à peccatis, & censuris. Ergo ex vi illius exceptionis nullatenus infertur, Religiosos Bulla uti non posse.

6. Quapropter affirmo, etsi in prædicta concessione à principio æque Religiosi, ac sæculares continerentur: ac post factas declarationes, & restrictiones tot Pontificum, nullatenus comprehenduntur: quia semper censetur facultas sub ea restrictione concedi: quod amplius constabit ex solutione rationum oppositarum sententiæ. Ad primam, in qua Basil. Ponce magna vim facit, tamen leuis sit considerationis, respondeo, esto privilegium onerosum plerumque non reuocetur: ac de facto reuocari potest causa iusta intercedente, etiam non soluta cõpensatione, ut prædicto loco de legib. probaui. Verum in præsentibus non reuocatur privilegium, sed restringitur aliqua ex parte ob bonum Religionis, quod minus est. Præterquam quòd hoc privilegium nemini restringitur, postquam illi est concessum: sed conceditur illi iam restrictum: ac proinde non habet locum argumentum Basil. de cõpensatione faciendâ. Ad secundum dico, toties restrictio à Pontificibus publicari, ut aperiens de eorum intentione constat. Adde, opus fuisse à Clem. VIII. eam restrictionem denudè statuere: quia Pius IV. eam de medio sustulit. Si verò est, eo tenore, quæ *suprà* retulimus, Bullam publicasse: & quia Pius V. solum pro Dominica Familia, &

Gregor. XIII. pro Societate eam indixerunt. Ut ergo omnibus Religiosis facultas Bullæ restrictæ competere, necessarium fuit statutum à Clement. VIII. factum. Ad tertium respondeo, ut ibi, & ad septimam dico, restrictionem illam, quæ per modum legis facta est, nulla Religiosorum acceptatione indigere: quia non versatur circa subditorum actiones: sed circa actionem legislatoris, declarando eius voluntatem in privilegij concessione, quæ declaratio ex acceptatione, vel contradictione subditorum non mutatur, ut bene Garcia *dicta 2. p. de benef. c. 5. n. 68.* notauit. Deinde hæc declaratio nullam aliam publicationem exigit præter eam, quæ possit in notitiam privilegiorum venire: quia hoc satis est, ut illis conferret, qualiter privilegium sit illis concessum. Hoc autem abundè obtinetur per publicationem Romæ factam: quia ibi Capita Religionum, & illarum procuratores existunt, quibus restrictio intimata omnibus Religiosis intimata censetur.

7. Quòd ad Nouitios attinet, *tract. 16. disp. 1. pun. 10. n. 9.* dixi, Bullam privilegio eligendi Confessorem, & absoluedi à reueruatis, uti posse: quia comparatione illorum non est restrictio facta: quippe ipsi non sunt proprie Religiosi, ex textu in cap. *Religiosi de sentent. excommunicat. & ibi Ioan. Andr. & pluribus firmat Tiraq. de retroque tractu, l. 1. p. §. 1. gloss. 8. num. 29.* quod verissimum est in iis, quæ odia, & non fauores spectant, ut in præsentibus. Atque ita præter Suarez *ibidem* relatum docet Rodrig. in Bulla, §. 9. numer. 27. Henric. lib. 6. cap. 16. num. 3. & 27.

§. III.

Quid dicendum est de Religiosis Societatis Iesu, quoad eligendum Confessorem virtute Cruciatæ.

1. Quid sit certum.
2. Statuitur Bulla Gregorij, illiusque declaratio.
3. Quibus aliqui probent, non a Cruciatæ concessione prædictam Bullam Gregor. reuocari.
4. Fit illis satis.
5. An pro peccatis non reueruatis Bulla prodesse possit.

1. Si vera est sententia, quam superiori cap. firmatam relinquo, manifestum est, Religiosos Societatis Iesu non posse Bulla Cruciatæ, uti, quoad eligendum Confessorem, & absolutionem à reueruatis obtinendam, cum Bulla Clementis VIII. edita anno Domini 1599. Nouembr. 23. omnes Religiosos vtriusque sexus comprehendat, sub quibus necessario omnes, qui in Societate vota biennij emisserunt, intelliguntur. Sed, quia non desunt Doctores, qui censent, Bullam Clementis VIII. & illius de facultate Cruciatæ eligendi Confessorem restrictionem, vim non accepisse, eò quòd à pluribus Religiosis recepta non fuerit: tamen ab aliquibus admittuntur: enim, esse necessarium, à maiore parte Religionum acceptam fuisse, ut vim aliquam sortiretur, placuit figuratim de Religiosis Societatis Iesu hanc quæstionem enodare.

2. Pro cuius decisione præmitto, Gregorium XIII. in sua Bulla, quæ incipit, *Decet Romanum Pontificem*, edita 3. Maij anno 1575. & referuntur in Com. priuil. Societ. Iesu, verbo, *Absolutio*, §. 11. *et verb. Gratiarum usus*, §. 2. vsum Cruciatæ, & quoruncumque indulutorum, quoad potestatem eligendi Confessorem, sub iis verbis prohibere. [Ne quis autè apostolicorum indulutorum prætextu regularem, ac exemplarem instituti prædictæ Societatis disciplinam, quam modis omnibus retineri, & conseruari volumus, dissoluere, aut relaxari præsumat, non esse, nec fore vnquam mentis nostræ, aut Sedis apostolicæ, ut personæ Societatis absque expressa Superiorum eiusdem Soc. licentiã tratur facultatibus: quæ in Iubileis, Bullis Cruc. confessionalibus, aut aliis quibuscumque apostolicis indultis, siue Communitatibus, siue priuatis personis, siue piis locis, aut quomodocumque aliter hæctenus concessæ sunt, aut in posterum conceduntur, etiam in illis expressè indulgearur, ut omnes Regulares etiam Mendicantes, huiusmodi facultatibus uti possint: si quòd autem usus aliquorum ex prædictis facultatibus personis de dicta Societate ab eiusdem Societatis Superioribus concessæ retentæ, ut nulli earum liceat, nisi intra numerum eorum, qui ad cõfessiones personatum eiusdem Domus, aut Collegij audiendas deputati sunt, Confessarium eligere, nisi ratione itineris, aut alia de causa ab eisdem Superioribus aliis Cõfessariis intra, aut extra Societatem cõfitei facultas ad id specialiter daretur, apostolica auctoritate, tenore præscripti, perpetuò declaramus, statuiamus, & ordinamus: sicque facta irrita, & inania fore decernimus.] Deinde ipse Greg. 29. Octobr. 1584. prout referuntur *verbo, Gratiarum usus*, §. 2. declarauit, viue vocis oraculo, mentis usque non esse, ut per Bullas Cruciatæ, aut Iubileorum, vel alias similes concessiones, sub quacumque derogatione, aut temporè etiam in eis dicatur, quacumque prohibitione sublata, vel etiam viue vocis oraculo Pontificis S. Petri, aut quibuscunque

alibi hæcenus factas, vel in posterum faciendas, censetur derogat uniuersis regulis, aut ordinationibus Societatis, præcipue vero indulto illi per eundem Gregor. XIII. die Maij. 1775. concessio scilicet, ne personis Societatis absque expressa superiorum eiusdem licentia vti liceat facultatibus in iudicibus, Bullis Cruciatæ, confessionibus, aut aliis quibuscunque apostolicis indultis quomodocunque hæcenus concessis, & in posterum concedendis. Declarauit præterea, posse superiores, dum huiusmodi licentiam concedit, limitare eam ad vsum vnus aut alterius facultatis, & prohibere vsum reliquarum, etiam eadem Bulla, aut indulto contentarum. Quas concessionem nemini esse potest dubium à Societate admittas esse: ac proinde esto, bulla Clement. VIII. recepta non sit, ideoque vim non fuerit sortita, religiosi Societatis Cruciatæ vti non possunt ex prohibitione facta à Gregor.

3. Verum aliqui, disciplina regulari minus intenti audent affirmare noua bullæ cruciatæ concessione cum clausulis derogatorijs omnes prædictas restrictiones, & limitationes de medio tolli, posseque Religiosos quoscuque, etiam Societatis, vti Bulla Cruciatæ ad eligendum Confessorem, ac si nulla illis restrictio facta esset. Cui modo dicendi non leuiter fauet Urban. VIII. in bulla edita ult. Martij. 1269. vbi inquit: *Cum ratio doceat, & experientia compertum sit, Religionibus valde perniciosum existere, ut earum Religiosis licitum sit, Confessarij sibi eligere.* Et licet feliciter recordar. Gregor. XIII. ac Clemens octauus, & Gregor. XV. Romani Pontifices, prædecessores nostri, per suas in forma beatis litteras, expressè prohibuerint, ne religiosi Societatis Iesu facultatibus Cruciatæ sanctæ vti absque Superiorum suorum licentia valerent nihilominus, quia nonnulli existimant, ex clausulis litterarum dictæ Cruciatæ cuiuscunque ipsius Societatis privilegio derogari, & propterea ipsi religiosi huiusmodi facultatibus vti licitum esse, speciali ad hoc nostro & apostolice Sedis opportuno remedio necesse sit. Nam, si nouum remedium necessarium est: Ergo sentit Pontifex, prædictis bullis Gregor. XIII. Clement. VIII. & Gregor. XV. non satis esse prouidum. Præterea, cum referat Pontifex sententiam illorum Doctorum, qui affirmant, ex clausulis Cruciatæ nostris privilegijs in contrarium derogari, potestatemque eligendi confessorem religiosi integrè communicari, non damnari, nec reprobatur, imò tacitè eam approbat, asserens, necesse esse de opportuno remedio prouidere.

4. Sed hæc leuia sunt: nam vt ex superiori puncto constat, Bulla cruciatæ solum facultates, indulta, & privilegia, quæ illius vti obstat possunt, reuocari: sed restrictionem, & limitationem facultatis in eadem Bulla concessæ, quæ privilegia non sunt censenda. Neque obstat, Pontificem referentem illorum sententiam, qui affirmant, clausulis bullæ prædictas restrictiones derogare, non condemnasse: fat enim in actu exercitio, & opere ipso damnauit nouam prohibitionem vtendi cruciatæ expellens, quæ licet simpliciter necessaria Religiosis Societatis non esset; erat tamen opportuna ad falsam illorum sententiam de reuocatione privilegiorum nostrorum comprimendam. Igitur Urbanus VIII. in prædicta Bulla inquit: *Non pro nostri pastoralis muneris debito, ea quæ ipsius Societatis quieti, & pacifico statui, ac obita Superioribus obedientia seruanda, opportuna esse cognoscimus, salubriter prouidere volentes, motu proprio, & ex certa scientia maturaque deliberatione nostra, ac de apostolica potestate plenitudine, hæc nostra perpetuè validam constitutione sancimus, nulli religiosorum eiusdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ huiusmodi in quacunque mundi parte publicata, vel publicanda, quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à casibus reueruatis vti; neque eis quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem prædictam facultatem Cruciatæ huiusmodi suffragari, minusque prædictas litteras sub quibuscunque eiusdem cruciatæ concessionibus, extensionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere: si que per quoscuque iudices ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane sit locus super his à quoquavis quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit, decernimus. Non obstantibus, &c. Quæ litteræ in omnibus Collegijs publicatæ fuerunt; esto id necessarium non esset. Ex quibus nullus relinquitur locus dubitandi, nemini è Societate licere vti Bulla Cruciatæ ad eligendum Confessorem, & obtinendam à reueruatis absolutionem: neque noua Bulla cruciatæ concessione prædictam restrictionem reuocari, nisi illius fuerit mentio expressa. Quod restrictius procedit, dum Urbanus VIII. vixit, qui temere præsumitur noua cruciatæ concessione reuocare remedium, quod ipse motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione iudicauit opportunum religiosorum statui, concedereque facultatem liberam eligendi Confessarium, quam ipse, cum ratione, tum experientia compertum esse affirmat religionibus valde perniciosum existere.*

5. Superest decidendum, an saltem pro peccatis non reueruatis possint Societatis Religiosi eligere virtute bullæ Confessarij, qui eos absoluat? Et breuiter respondeo, si vera est sententia, vt mihi verissima videtur, cruciatæ noua concessio non reuocari restrictionem factam à Clement. VIII. & specialiter pro Religiosis Societatis Iesu à Gregor. XIII. nullatenus possunt religiosi Societatis vti Bulla cruciatæ ad eligendum Confessorem, etiam pro non reueruatis: quia absolutio facultas eligendi Confessarium absque licentia prælati est, in nostra bulla indirecta, cum clausula irritante. Atque ita Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. l. 2. capit. 16. à numer. 3. vsque ad 16. At si sustineamus sententiam illam parum probabilem, nouam, inquam concessione cruciatæ prædictas restrictiones, declarationes, seu privilegia de medio tolli, solumque esse spectandum motum proprium nouiter concessum Urbani VIII. existimo probabilius, posse Religiosos Societatis eligere Confessarium, qui eos à non reueruatis absoluat: quia Urban. 9. 1. 11. in prædicto motu proprio solum interdicit electionem Confessarij in ordine ad obtinendam absolutionem à non reueruatis, vt colligi potest ex illis verbis bis repetitis. Nulli Religiosorum Societatis licere facultatibus cruciatæ huiusmodi in quacunque mundi parte publicata, vel publicanda, quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à casibus reueruatis, vti; neque eis quoad hanc eligendi facultatem cruciatæ huiusmodi suffragari. Cum enim electio Confessarij solum esse possit ad obtinendam absolutionem à reueruatis, & non reueruatis, exprimens Pontifex, & excipiens absolutionem à reueruatis, tacitè electionem Confessarij ab obtinendam absolutionem à non reueruatis permittit. Præterea id ipsum indicat dictio illa, quæ copulat verbum antecedens cum sequenti, & illius est declaratio, ex leg. Scia. 20. §. Caio. ff. de secundo instructo. vbi Bartol. num. 1. leg. Titia rextores. §. Nihil ff. de legatis, 1. Nam esto, varias significationes sortiatur, vt videri potest in Euerard. in loco à natura copula. per totum, quas breuiter collegit Gonzalez reg. 8. Cancell. gloss. 3. in præsentem autem manifestum est, appositam esse ad declarationem verbi antecedentis, quod commune erat iuxta ea, quæ tradit Rota decis. 327. numer. 3. part. 2. duerfor. Socin. iunior. conf. 181. numer. 35. l. 2. Et ita sola electio Confessarij ad obtinendam absolutionem à reueruatis interdicitur. Permittitur ergo electio Confessarij pro absolutione à non reueruatis obtinenda.

§. IV.

De facultate Confessarij absoluedi à censuris, & penis.

1. Ab omnibus censuris Confessarius absolueri potest.
2. Non potest absolueri à cessatione à diuinis.
3. A qua irregularitate sit certum, non posse Confessarium absolueri.
4. Ab irregularitate ex delicto tantum, plures consent absolui posse.
5. Probabilius est, à nulla irregularitate, virtute Cruciatæ, absolui posse.
6. Opposita fundamenta dissoluantur.
7. A quibus censuris absolui possit. Proponitur dubitandi ratio.
8. A qualibet absolui potest.
9. Quid dicendum de licita absolutione.
10. Satis sit rationi dubitandi.

1. **C**ertum est, Confessarium virtute bullæ absolueri posse ab excommunicatione, suspensione, & interdicto: quia verè sunt censuræ, iuxta textum in cap. Quarenti de verbis significatis. & in prædicta Bulla datur facultas absoluedi ab omnibus censuris.

2. Duplex tamen est difficultas. Prima, an virtute huius facultatis absolueri Confessarius possit à cessatione à diuinis. Et ratio difficultatis est: quia cessatio à diuinis species est interdicti, & censura, vt tradit Couarun. cap. Alma. 2. p. §. 2. in princip. Sæus in 4. disp. 22. quest. 3. art. 1. Si igitur virtute cruciatæ absolueri Confessarius potest ab interdicto, & à qualibet censura, etiam à cessatione à diuinis, videtur absolueri posse. Sed omnino oppositum tenendum est: quia cessatio à diuinis non afficit personam, pro cuius causa imposta est; sed afficit locum sacrum, in quo diuinis laudes filere facit. At virtute cruciatæ, qui illam habet absolui potest à censuris contractis, non locus sacer: ergo virtute cruciatæ tolli non potest cessatio. Deinde cessatio à diuinis, esto, species esset interdicti localis, & censura; est tamen censura quæ solum per iudicem loco sacro imponitur: censura, pro qua Bulla potestatem absoluedi concedit, est censura, quam absoluedus contrahere ipso iure potest. Ergo pro cessatione à diuinis nulla in Bulla conceditur facultas, licet nec pro interdicto locali: & tradit Rodrig. additionib. ad Crucia. §. 9. num. 60. Villalob. claus. §. 2. n. 26. & 27.

3. Secunda, & grauior difficultas est, an virtute bullæ ad irregularitatem possit absolui? Et quidem de irregularitate im-

posita ob indecentiam, qualis est, quæ oritur ex bigamia, ex defectu natalium, ex homicidio auctoritate publica facto, omnes Doctores conveniunt, te absolvi non posse: quia hæc irregularitates nec sunt censure, neque ecclesiasticæ pœnæ; sed, quedam impedimenta ab Ecclesia statuta pro suscipiendis Ordinibus, beneficiisque ecclesiasticis in cultum, & reuerentiam ecclesiastici status. Ob quam rationem eadem certitudine existimo, te non posse virtute Cruciatæ absolui ab irregularitate contracta ex homicidio, siue voluntario, siue casuali: quia est, illa irregularitas imposita sit in pœnam delicti commissi, simul etiam imponitur ob indecentiam, & improportionem, quam habes cum ecclesiastico statu. Non enim mansuetudinem Christi, qui pro nobis vitam exposuit, vales representare: cum ab alio vitam abstuleris, id eoque Sotus lib. 4. de infirmit. quest. 1. art. 4. etiam de aliis irregularibus pœnalibus admittat, virtute Cruciatæ te posse absolui, de hac irregularitate omnino negat. Quapropter controversia sita est de absolute ab irregularitate contracta ex iniqua administratione Sacramentorum, ex violatione censure, & apostasia, vel hæresi.

4. Ab hac irregularitate posse virtute Cruciatæ te absolui docent Sotus in 4. dist. 22. quest. 3. art. 1. Cordub. de indulgent. quest. 43. dub. 4. & in sum. quest. 58. et qu. 144. Medina. 1. 2. q. 96. art. 4. & lib. 1. sum. cap. 11. fol. 51. Gutierr. lib. 1. canon. 99. cap. 3. & testatur de consuetudine viros doctissimos Bannez 2. 2. quest. 64. art. 8. probabilem reputat Rodrig. 8. 9. num. 64. Sæ verbo, Absolutio. n. 20. Mouentur: quia prædicta irregularitas est vere censura: quia est sententia, & pœna Ecclesiastica, vt dicitur Extrava. de privilegiis. §. Observent. & colligitur ex Trident. sess. 24. cap. 6. Et est, irregularitas hæc non sit censura: at negari non potest esse ecclesiasticam pœnam: sed bulla concedit facultatem absolendi, non solum à censuris, sed etiam à pœnis ecclesiasticis. Ergo concedit facultatem absolendi ab irregularitate. Quod si dicas, in bulla tantum concedi facultatem absolendi à censuris, & pœnis, non autem dispensandi: irregularitas autem non absoluteione, sed dispensatione tollitur, vt tradit Syluest. verbo, Irregularitas, in fine. Ergo pro irregularitate nulla est facultas in bulla concessa: obstat: quia sæpe irregularitas absoluteione tolli censetur, teste Gerson. alphabet. 33. litt. Q. Couarr. in sum. qu. 26. & quest. 43. de indulgent. 2. 2. et 3.

5. Sed oppositum longè probabilis est, nempe, à prædicta irregularitate non posse virtute Cruciatæ absolui. Sic docent Nauarr. cap. 27. num. 194. et num. 250. Ledesm. 2. part. quart. quest. 26. art. 2. Couarr. ea. Alma mater. 1. par. 5. 6. n. 6. Villadiego tract. de irregularitat. col. 43. in fine. Henriquez l. 7. de indulgent. cap. 13. n. 6. & lib. 13. cap. 1. Anton. Gomez claus. 10. in Cruciat. num. 30. Villalobos claus. 9. m. 91. Auila de irregularitat. dub. 14. & alij communiter. Ratio præcipua est: quia nec nomine censura, nec pœnæ venit irregularitas. Non censura: quia definiens Pontifex in cap. Quarentia. de verbor. significat. quæ sub censura intelligatur, solum meminit excommunicationis, suspensionis, & interdictionis. Et merito: quia hæc ad correctionem delinquentis abhibentur: at irregularitas non in correctionem, nec præcipue in delicti punitionem, sed in reuerentiam, & cultum ecclesiastici status constituitur à iure, id eoque à ratione censure omnino excluditur. Neque etiam sub nomine pœnæ, de qua in bulla est sermo, irregularitas intelligitur. Etenim pœna ibidem præscripta est, quæ impedit susceptionem penitentiae, & Communionis, vt si Confessor te suspendisset à confessione, vel Communione suscipienda pro aliquo tempore, vel tu ob aliquam iustam causam eam tibi pœnam impolulisses, vel certe, vt mihi placet, apposita est ob stylum, & vsum antiquum, quo fideles à Communionem arcebantur ob aliqua delicta, iuxta textum in cap. Presbyter 82. dist. cap. De his vero. 23. quest. 2. Ab his ergo pœnis, si quæ sint, virtute Cruciatæ absolui potes, non ab aliis, quæ vsu penitentiae, & Communionis non impediunt, vt manifestè colligitur ex ipsa Bulla dicente: *Y para que con más puridad, de sus conciencia. Attendit ergo ad remouendas censure, & pœnas, quæ puritati conscientiae obstare possunt. Cum autem irregularitas non sit pœna, quæ penitentiae, & Communionis susceptionem impediatur, sub concessione absolendi à pœnis non comprehenditur. Et comprobari potest ex his, quæ tradidi tract. de penitent. p. 14. n. 16. Deinde, si virtute Cruciatæ absolui potes ab irregularitate ob delictum contracta, vt quid Commissario concessa est potestas dispensandi in irregularitate, præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, apostasiæ, hæresis? Quinimò ex parte Confessarius amplio rem haberet facultatem, quam Commissarius: siquidem potest dispensare in irregularitate proveniente ex apostasia, & hæresi, pro qua non conceditur potestas Commissario. Adde, Trident. Episcopis concedere facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepta homicidij voluntarij, ex delicto occulto provenientibus. At, si Confessarius virtute Cruciatæ dispensare potest in prædictis irregularitatibus, eius potestas ad irregularitates publicas extenderetur: quia nulla est in bulla restrictio, ac proinde amplio rem Confessarij virtute bullæ haberetur*

facultatem, quam Episcopi ex Trident. Hoc autem verisimilis non est. Ergo potestas bullæ ad irregularitates nullo modo extenditur.

6. Neque obstat oppositæ sententiæ fundamentum. Admitto, aliquam irregularitatem esse pœnam ecclesiasticam: nego tamen, inde inferri, esse censuram: quia non omnis pœna censura est, aliàs degradatio, depositio, privatioque beneficij essent censure, & ab illis potes virtute bullæ absolui, quod est absurdum: solum enim à pœna, quæ medicinalis est, quæque susceptionem penitentiae, & Communionis impedit, virtute Cruciatæ absolui potes, vt dictum est. An autem irregularitas absoluitur, vel dispensetur? Respondeo, esto, aliquando absolui dicitur, improprie tamen dicitur, neque rescripta Pontificia eo verbo absoluteionis videntur, sed verbo dispensandi: & merito: quia ea, à quibus qui absoluitur, iure tolli postulant, eorumque sublatio iuri est conformis, id eoque nomine absoluteionis declaratur. Secus est de illis, quorum sublatio iuri aduersatur, sicut est irregularitas, quæ iure ipso ita tuente perpetua est, nec tolli debet, ac proinde eius sublatio, vt pote aduersa iuri, dispensatio dicitur.

7. Postea autem, quod virtute Cruciatæ ab omnibus censuris, etiam Sed apostolica referuatis, absolui potes, superest inquirendum, de quibus, censuris intelligatur, an de censuris à iure, vel etiam ab homine latis, an de occultis, vel etiam de publicis, & ad forum contentiosum deductis? Videtur autem, ab omnibus te absolui posse, siquidem bulla nullam apponit limitationem. Non igitur est à nobis apponenda, præcipue cum priuilegium Principis latam admittat interpretationem. In contrarium autem est, quia ex hac absoluteione, non leuiter iurisdictioni Ordinarij perturbaretur. Ergo non est præsumendum, Pontificem eam concedere potestatem. Quod efficaciter confirmari potest primò ex restrictione facta à Trident. sess. 24. cap. 6. Episcopis, quibus, esto, concessa sit ampla facultas absolendi, & dispensandi in censuris, & irregularitatibus, restringitur tamen, dummodo ad forum contentiosum deducta non sint. Non igitur est credendum, Confessario, absque vlla restrictione, facultatem concessam esse per baliam quam Episcopi Trident. negat. Deinde ex Extrava. Sixti I. V. Etsi Dominici. la. 2. de penitent. et remissionib. ubi virtute bullæ, aliorumque priuilegiorum absolui prohibetur denunciatus vel publicè diffamatus. Tandem, quia esto, priuilegium Principis, & potestas dispensandi iare interpretari debet, id intelligendum est, nisi in præiudicium tertij cedam: nam quoad eam partem strictam habere debet interpretationem. At ea potestas maxime odiosa est Ordinarij, & in eorum præiudicium non leuiter cedit. Ergo strictè interpretanda est, ac proinde asserendum, non extendi ad censuras publicas, & ad forum contentiosum deductas.

8. Sed nihilominus verius existimo, virtute Cruciatæ à qualibet censura, siue à iure, siue ab homine: siue publica, siue secreta, siue deducta ad forum cōtentiosum, siue non, te validè absolui posse. Ita docuit Ledesm. 2. p. 4. quest. 26. art. 1. fol. 371. Sotus in 4. dist. 22. art. 3. vers. Primus eius casus. Polanc. in Aretorio, c. 4. vers. Si quis. Angles florib. 2. p. quest. unica de excommunicat. art. 4. difficult. 2. Henric. lib. 8. de Eucharist. ca. 60. n. 4. & lib. 7. de indulgent. ca. 13. num. 2. Rodrig. in addit. ad Bullam. num. 49. §. 9. Thom. Saach. lib. 6. sum. cap. 17. num. 41. Ratio est supra innuata: quia priuilegium principis siue limitatione concessum non est à nobis limitandum. Si enim Trident. Episcopis non limitaret potestatem pro censuris deductis ad forum externum, sine dubio possent ab omnibus censuris, quantumuis essent ad forum externum deductæ, absolueret. At Cruciatæ hanc restrictionem Confessario non appouit. Ergo poterit Confessarius ab illis absolueret.

9. Notanter dixi, valide: nam, si de licita absoluteione loquamur, credo, pendente lite illicitè concedi, nisi forte in loco distant, vbi prorsus censura ignoratur, vt docuit Stephan. Dauila de censur. 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 7. concl. 3. et 4. Mouentur: quia probabilis sententia est, vt postea videbimus, absoluteionem virtute Cruciatæ concessam, non solum pro foro conscientiae, sed etiam pro foro exteriori prodesse. At si pendente lite ea absoluteio concedatur, non leuia incontententia inde sequuntur: impediunt enim Ordinarij iurisdictionem: siquidem in probabili sententia sic absoluitur, de genere potest, ac si ab ipsomet Ordinario, vel eius Superiore absolutus esset, ipsaque Ordinarij neque absolueret, neque punire amplius possent: quæ sine dubio dedecet. Ergo rationi dissonum est, in ea occasione eam absoluteionem præstare.

10. Neque his obstat ratio dubitandi: negamus namque, ex hac facultate iurisdictionem Ordinarij perturbari. Tum, quia illicite præstatur absoluteio, pendente lite. Tum quia Ordinarij non acquirunt sententiam asserenti, pro foro externo absoluteionem prodesse. Ad confirmationem respondeo, ex restrictione apposita in Concilio, & in bulla omiffa inferretur, Bullæ priuilegium extendi ad omnes censuras: neque mirum est, ex hac parte amplio rem potestatem Confessario concedi, quam Episcopis: quia Episcopi concedebatur per viam legis, & statuti: at Confessario per viam temporalis, & transientis priuilegij.

illegij. Adde, falsum esse absolutè, & simpliciter, amplio- rem potestatem Confessario, quam Episcopis concedi: siquidem Episcopis conceditur potestas ad omnes irregularitates, quæ Confessori denegatur, & ad omnes calos occultos Pontifici re- servatos. Præterea, si Episcopis concederetur potestas ab- soluendi à censuris ad forum contentiosum deducis, de- beret illis concedi absque vlla dubitatione pro foro exter- no, ex quo aliorum Iudicium iurisdictioni detrimentum patere- tur. Quod tamen non patitur ex concessione Cruciatæ, cum Ordinarij in foro externo absolutionem Cruciatæ non admittant. Ad Extratrag. *Elis Dominici*, tripliciter Sanch. *dicto* lib. 6. cap. 17. num. 43. in fine, respondet. Primò, non interdicerè ab- solutionem cuiuscunque criminis ad forum externum dedu- citi: sed tantum hæresis. Secundò, non interdicerè absolutio- nem factam virtute Cruciatæ, aliorumque privilegiorum ab alijs Pontificibus concessorum, sed absolutionem factam vir- tute privilegiorum, quæ ab eodem Sixto IV. sint concessa. Tertiò respondet, cessasse iam illam Extratrag. quia fuit qua- si clausula addita ad Bullam Cœnæ, quæ cum suo Authore expiravit.

§. V.

Qualiter absolutio à censuris impendi debeat.

1. Impendi debet satisfacta parte si fieri potest.
2. Quid si alio modo impendatur Probatur inualidam esse.
3. Contrarium est satis probabile.
4. Nominè partis qui veniat.
5. Negant plures extra Sacramentum Pœnitentiæ absolutionem à censuris præstari posse virtute Cruciatæ.
6. Verius est præstari posse.
7. An absolutio virtute Cruciatæ præstet pro utroque foro?
8. Affirmant plures.
9. Verius est solum pro foro conscientia prædesse.
10. Satisfit contrarius.
11. Absolutus virtute Bullæ si in foro externo delinquit, non est ita rigidè puniendus, ac si absolutus non esset.
12. Qualiter probabitur esse virtute Bullæ absolutum.
13. An possit Confessarius absolvere virtute Bullæ ad reinciden- tiam Propositur ratio dubij.
14. Resolvitur negatua pars.
15. Satisfit rationi dubij anti.

1. **C**onstat ex verbis bullæ relatæ absolutionem à censuris concedendam non esse, quin parti, si potes, satisfac- tius, in minus cautionem præstes, iuxta textum in cap. *Venerabilis de sent. excomm. in 6.*

2. Difficultas autem est, an si de facto tibi potenti satisfacere concedatur absolutio, quia de facto satisfeceris, valeat absolutio? Et quidem esse illicitam, nemini est dubium. Quod autem sit inualida, inde probatur: quia est collata à non habente potestatem: cum enim potestas eligendi Confessarius, qui te à censuris absolvat, concedatur sub ea forma, ut satisfacias parti, si potes, electio Confessarij emissa tali forma inualida est ergo & absolutio.

Dices, satisfactioem partis in hac delegatione appoftram non esse, vt cõditionem, sed solum vt monitionem illius, quod spectato iure Confessarius seruari debet: quocius autem in delegatione forma iuris communis exprimitur co modo, quo iure communi expoflularur, non inducit conditionem, si aliàs iure communi non inducebat, neque irritat actum, si aliàs iure communi validus est, vt docet Glossa recepta in *Clement. 1. de officio delegat. verbo, Receptis*: & pluribus comprobant Nauarr. cap. 27. n. 37. Couarruu. cap. *Alma* 1. p. §. 9. n. 8. Thom. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 33. n. 3. At satisfactio partis in absolutione censuræ ita à iure expoflularur, cap. *Ex parte. el. 1. de verbor signifi. catione*, illius omifllo absolutionem non irritet, neque irritare debet in hac delegatione: & ita tradit Emman. 1. 1. sum. cap. 83. n. 4. & probabiliffimum reputat Sanch. *d. lib. 3. de matr. disp. 33. n. 3. circa finem.*

Sed contra: quia satisfactio partis non solum expoflularur in delegatione Confessarij, vt ipse absolutionem concedat, sed etiam ipsi pœnitenti iniungitur, vt electionem Confessarij faciat, & sub ea forma ei traditur facultas Confessarium eligendi. At iure non inest, quod electio Confessarij concedatur sub partis satisfactioem: ergo sic concessa conditionem importat iuxta ea, quæ Gloss. tradit in cap. *Cum dilecta. de rescript. verbo latus*, & ibi Abbas num. 12. Couarruu. in cap. *Alma* 1. p. §. 9. n. 8. Atque ita absolutionem esse nullam, si tibi præstetur, parte non satisfacta, cum satisfacere possis, docent expressè Ledefm. 2. p. 4. quæst. 26. arr. 1. fol. 359. Nauarr. lib. 3. consilior. tit. de Regulari. conf. 75. nu. 36. aliàs lib. 5. de sentent. excommunicat. conf. 49. num. 1. Gutierrez allegat. 9. nu. 6. Medin. lib. 2. cap. 12. fol. 303. Ang. Florib. 2. p. quæst. vnica. de excommunicat. arr. 4. diffin. 9. Cordub. sum. quæst. 18. p. 1. dicto 2. & quæst. 187. p. 4. & lib. 5. quæstionary, quæst. 43. dub. 3. in fine, Henriquez lib. 7. de in-

dulgent. cap. 13. num. 2. Manuel sibi contrarius in Bulla §. 9. num. 52.

3. Cæterum, etsi hæc sententia communis sit, credo cum Thom. Sanch. *dicta* disp. 33. num. 3. probabiliffimum esse, valida fore absolutionem: quia satisfactionem partis non tibi exigit Pontifex, vt conditionem ad concedendam potestatem eligendi Confessarium, aliàs electioni Confessarij præmittenda foret, neque etiam vt Confessarius te absoluat, sed solum præscribit modum in absolutione seruandum. Quod non leuiter colligitur ex verbis bullæ, si bene expendantur. Nam concessa facultate eligendi Confessarium, & absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis, nulla de satisfactione partis mentione facta, postmodum subiungit: *T en caso que sea necesario satisfacion para conseguir la dicha absolucion, la hagan por sus personas, y auiendo impedimento la puedan hacer sus le- rederos, o otros por ellos.* In quibus verbis nullum est, quod in- dicit potestatem absoluendi sub conditione satisfaciendi parti concedi, quin potius manifestè indicatur, Pontificis metem nullam aliam fuisse, quam monere Confessarium, qua satisfac- tione contentus esse posset, ad præstandam absolutionem.

4. Nominè partis, cui est satisfactio præstanda, non intelli- gitur Iudex, nec Notarius salarium recepturus, nec fideus, ne- que alius, cui est per Iudicem pœna applicanda, sed ille tan- tum, cui satisfactio debetur, & in cuius fauorem excommu- nicatio lata est, vt docuerunt Ledefm. 2. p. 4. quæst. 26. arr. 1. Cordub. de indulgent. q. 43. dub. 3. in fine. Gutier. lib. 1. qq. canon. cap. 5. n. 29. Emman. Rodrig. §. 9. num. 53. Auila de censur. 2. p. c. 7. disp. 3. dub. 7. vbi aduertit, semper curandum esse, vt satis- factio reipi ante absolutionem exhibeatur: quia obtentæ ab- solutione læpius solet omitti. Quòd si satisfactio incerta fue- rit, vel dubia, sub cautione valide, & licitè præstari absolutio potest, vt notauit Nauarr. cap. 26. n. 7.

5. Sed, an hæc absolutio à censuris in Sacramento Pœnitenti- æ, an extra, præstari possit, difficultate non caret. Negat ex- tra Sacramentum Pœnitentiæ præstari posse Cordub. in sum. q. 19. fol. 60. Nauarr. cap. 26. n. 31. & lib. 1. conf. 28. tit. de sentent. excommunicat. ad 4. quæstionem, & c. Cum coningat. de rescri- ptis, causa 2. nullitatis pag. 12. Couarr. cap. *Alma mater* 1. p. §. 11. n. 11. & 16. Sarmiento 1. select. cap. 9. n. 5. Rodrig. in exposi. Bul- læ §. 9. n. 54. Mouentur ob tenorem, quem Bullæ antiquæ ob- seruabant in concedenda hac facultate, qui sic se habeat: *T puedan eligir Confesor, que oidos diligètemente sus pecados, les pueda absolver de qualesquier crimines, & c. de qualesquier cõ- suras y penas. & c.* Ablatiuè enim illud absolutum, eorū peccatis diligenter auditis, formam inducere videtur, leg. *A ffatore. ff. de cõdit. & demonstrat.* Et licet in præsentibus bullis ea verba non habeantur, videntur tamen æquivalentia appofita esse: siquidem simul cum absolutione à censuris absolutionem à peccatis Pontifex coniunxit: *T les pueda absolver de quales- quier pecados y censuras aun de los reservados à la Sede apofloli- ca, y de los no reservados, todas quantas veces los confessaren.* In- dicant ergo hæc absolutionem in confessione esse faciendam.

6. Verum, etsi consulum sit in sacramento pœnitentiæ hæc præstari absolutionem, non tamen id necessarium est, vt bene tradiderunt Sotus in 4. disp. 18. art. 5. colum. 9. Henric. l. 7. de indulg. c. 13. litt. O affirmans, commissarium de hac re- consulum sic declarasse. Rodrig. in additionib. retractans sen- tentiam §. 9. n. 47. Villalob. claus. 9. nu. 23. Auila de censur. 2. p. c. 7. disp. 3. dub. 13. Gatica de benefice. 2. p. cap. 5. num. 53. Mouentur quia absolutio à censura fieri optimè potest, spectato iure communi, teste Syluest. *Absolutio* 3. notab. 3. initio. Rodrig. Auila, & alijs supra, ideoque parochus absoluerè extra con- fessionem à censura non seruata potest, vt probat Cordub. *dicta* quæst. 19. & Episcopus à qualibet seruata virtute Tri- dent. quin confessionem excipiat, vt est praxi receptum, & in articulo mortis quilibet Sacerdos potest à censuris absoluerè, nulla confessione audita, vt docet Nauarr. cap. 27. n. 270. §. 6. Sed ex bulla non colligitur obligatio præmittendi confessio- nem sacramentalem. Nam esto, publicaretur facultas absol- uendi à peccatis, & censuris sub illo tenore, *auditis diligenter eorum confessionibus*; non inde inferret, confessionem absolu- tioni à censuris, necessariò præmitti debere: illa enim verba referri possunt ad peccatorum absolutionem, quæ necessariò exigit confessionem; non verò ad absolutionem à censuris, quæ absque confessione fieri potest. Præterea, illa verba non videntur importare conditionem; sed instructionem illius, quod faciendum expedit, vt absoluendi dispositio apprime cognoscatur. At sub illo tenore præfens bulla non publicatur, sed potius illa verba à tempore Pij V. expuncta sunt; forte ne prima opinio inualeret: verba verò, sub quibus potestas absol- uendi conceditur, solum indicant, debere absolutem esse Confessarium idoneum, qui possit à peccatis absoluerè, aliàs non erit aptus, vt censuratum absolutionem concedat, vt bene aduertit Suar. 5. de censur. disp. 7. sect. 6. à n. 2. Ergo ex bulla non colligitur obligatio præmittendi confessionem absolu- tioni censurarum. Ergo extra confessionem hæc absolutio impendi non potest.

7. Grauior dubitatio est, an hæc censurarum absolutio, sine

fiue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra, concessa proficit absolutio, non solum pro foro conscientie, sed etiam pro foro externo, & iudiciali.

Si absolutio tibi solum pro foro conscientie proficit, sic in publico te gerere debes, ac si adhuc in excommunicatione persisteres, & Iudex poterit te pro delicto commisso punire, & censura ligatum reputare, ac si nulla absolutio concessa fuisset. Secus est, si absolutio pro foro externo, & iudiciali proficit, nam si prodest absolute, impedit, ne Iudex te ob delictum, ob cuius causam censura ligatus fuisti, puniat, & præcipue ne te reputet censura ligatum ab eo tempore, quo abolutionem obtinisti. Sed esto, diuini te immiscueris, non possit te, vt censuræ transgressorem condemnare.

8. Plures enim Doctores non infimæ notæ tenent, virtute Cruciatæ impensam abolutionem prodesse pro vtroque foro. Sic Medin. *lib. 2. sum. cap. 12. circa finem. Rodrigu. in explic. Cruc. §. 9. num. 55. ad finem. & in addit. num. 49. & 99. regul. 1. tom. 4. art. 6. & quest. 61. art. 6. & in sum. tom. 1. c. 81. num. 9. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 5. Bobadilla in sua polit. lib. 2. cap. 19. num. 46. Vega in sum. 1. p. cap. 6. casu. 52. & alij, quos refert, & sequitur Nicol Garcia de benef. 2. p. cap. 5. num. 55. Moutentur: quia in Bulla Cruciatæ conceditur potestas absoluedi absque vlla limitatione fori interni; ergo non est à nobis adhibenda, cum beneficium Principis debeat latam habere interpretationem, leg. *Beneficium ff. de constit. Princip. & leg. 28. tit. 34. part. 7.* & in dubio interpretari debeamus actum, vt pleno iure valeat, quam debiliori, leg. *Quoties. la. 2. ff. de rebus dubiis.* Secundo, cum Pontifex intendit, vt solum pro conscientie foro absolutio, & dispensatio proficit, vt videre est in facultate concessa Episcopis à Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. & in dispensationibus, quæ à sacra Pœnitentiaria expediuntur. Cum ergo in Bulla Cruciatæ id non expresserit, pro vtroque foro prodesse absolutio debet. Tertio, absolutio pro solo conscientie foro est nimis limitata, & restricta, ita vt nequeat absolutio simpliciter dici: siquidem virtute illius non potest absolutus se publicè, & in exteriori foro diuinis immiscere, quin possit per Iudicem puniri. At in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à censura simpliciter, & absolute: ergo de abolutione simpliciter, & absolute intelligenda est. Quarto, specialiter probatur ex declaratione Pij V. in iudicio anni 1568. 5. Kalendas Decembris, vbi inquit Summus Pontifex: *Declarantes in super, tam presentes, quam alios quascunque supra concessiones similibus, vel dissimilibus indulgentiarum à nobis, aut prædecessoribus nostris hæcenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas Litteras, Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientie, & penitentiæ consequendum duntaxat non autem foro fori, aut contentioso, nisi satisfecerint vlla tenus suffragari.* Ex quibus verbis videtur inserti facta satisfactione facultatem absoluedi, quæ in Bulla Cruciatæ conceditur in foro conscientie, & penitentiæ,*

9. Cæterum, verius existimo, abolutionem virtute cruciatæ solum pro foro conscientie prodesse, & nullatenus pro foro iudiciali. Sic docuit Couaruu. in cap. Alma. 1. p. §. 12. nu. 16. Nauar. *conf. 13. de penit. & remiss. & cons. 11. de sentent. excommunicat. alijs 51. & 52. & cons. 4. num. 2. de sepulchris.* Ioan. Gutierrez. *l. canon. qq. c. 2. per totum. Philiac. de officio Sacerdot. 1. p. l. 3. cap. 27. ad finem. Tolet. sum. l. 1. cap. 14. num. 8. & 9. Sayrus de censur. l. 2. cap. 20. num. 31. Grassis decis. aur. l. 4. cap. 15. Auila 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 10. & 12. Suar. de censur. disp. 7. l. 5. num. 21. & 1. a. de relig. tract. 10. l. 9. cap. 2. num. 34. Sanch. l. 6. in Decal. cap. 17. num. 43. Villalob. clausul. 9. bulla, num. 24. Mouaor: quia potestas absoluedi à peccatis, & censuris, quæ confessorio electo in cruciatæ conceditur, est, vt maiori cum puritate possit indulgentiam obtinere, vt constat ex illis verbis: *para, que con mas puridad de sus conciencias, &c.* Sed ad huiusmodi finem consequendum sufficit absolutio pro solo conscientie foro: ergo non est extendenda ad forum iudiciale. Secundo, sub eodem tenore verborum conceditur facultas absoluedi à peccatis, & à censuris. At ob abolutionem à peccatis excusare non potes illos à iudice punitionem, si in iudicio deferantur: ergo neque ob abolutionem à censuris, cum ab eadem forma concessionis vtraque absolutio determinetur, ac proinde eundem effectum habere debet, argum. leg. *in hoc iure ff. de vulgar. & pupillar.* Tertio cum summus Pontifex intendit abolutionem censurarum pro vtroque foro prodesse, non Confessorio, sed Ordinario, vt potest Iudici in vtroque foro, potestatem concedit: quod maxime verum habet in potestate facta per Iubileum, & Cruciatam, aliudve simile priuilegium, quod ad animæ puritatem dirigitur: ex quo stylo necessario inferendum est, facultatem Cruciatæ pro solo conscientie foro prodesse. Quarto, credendum non est, velle Pontificem, Cruciatæ Bulla iurisdictionem ecclesiasticam Ordinariorum aliqua ex parte minuire, eorumque auctoritati detrahere. At, si Bulla concederet facultatem absoluedi à censuris pro foro externo, & iudiciali, grauer detraheret ecclesiasticæ iurisdictioni, & auctoritati: si quidem absolutus erat ob contractum matrimonium, viuentem coniuge: quia prudenter pro-*

luit, quasi in illius contemptum, se diuinis miscere poterit, Ergo potestas Cruciatæ ad forum externum, & iudiciale non extenditur.

Neque rationes contrariæ obstant. Ad primam concedo, facultatem absolute concessam, & beneficium Principis late interpretandum esse, nisi ex subiecta materia aliud colligatur, vt in præserti colligitur ob præiudicium ordinariæ iurisdictionis, cui non est visus Pontifex derogare, nisi id expresse exprimat, argum. leg. 2. §. *Si quis à Principe. ff. Ne quid in loco publico.* Ad secundam respondeo, potius cum Pontifex intendit eius rescriptum pro foro externo prodesse, id exprimit. Adde, in Tridentino oportet exprimere facultatem ibi concessam solum pro foro conscientie Episcopis concedi: quia concedebatur illis, qui in vtroque foro iurisdictionem habebant, ideoque si absolute fuisset facultas concessa, optime præsumeretur pro vtroque foro concessam esse: secus vero est in facultate commissa Confessorio, qui pro externo foro nullam gaudet iurisdictionem. Et forte ob eandem causam in dispensationibus à sacra Pœnitentiaria aduertitur, pro foro conscientie tantum prodesse: quia non cuiusque Confessorio approbato, sed Magistro, vel Doctore in Theologia, seu iure canonico committuntur: qui sapè iurisdictionem habent in foro externo. Ad tertium nego, abolutionem pro foro conscientie deferentem non esse simpliciter abolutionem censuræ, cum de facto, & in te ipsa tollat vinculum, quo ligatus eras, & que Ecclesie confessorio restituit, & capacem reddit illius suffragiorum, aptumque, cui beneficia, & iurisdictiones ecclesiasticæ concedantur, & vbi cesset scandalum, te gerere potes, ac si Iudex esses absolutus. Quapropter absolutio à Iudice postmodum facta, quæque pro foro externo deleruit, non est propria absolutio, cum iam inueniat vinculum censuræ sublatum, sed est abolutionis factæ publicæ, & authentica declaratio. Ad quartum respondeo cum Couaruu. *dicto c. Alma. 1. p. §. 12. nu. 16. Gutierrez. lib. 1. can. qq. cap. 2. n. 19.* Pium V. solum declarasse, eum quem constabat parti satisfecisse virtute Iubilei, & Cruciatæ, absolui posse, tam in foro conscientie, quam externo, ad effectum consequendi indulgentiam, ita vt neque à Iudice, neque à parte impediri possit, quominus confiscetur, & communicetur, aliæque opera præter ad indulgentiam consecutionem requisita. Non tamen inde fit, censeri pro foro externo simpliciter absoluitur: siquidem ad alios effectus te gerere debet, ac si absolutus non esset. Quinimo, obtento iudicio, si non se Superiori absoluedum præsentet, in eandem excommunicationem in foro interno reuincit, vt satis indicat ipse Pius V. in sua declaratione dicens: *Quinimo eum in illas postmodum reuincidisse, & in futurum reuincidere & notauit.* Gutierrez. *dicto cap. 2. n. 20. Suar. l. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 2. n. 38. & seqq.*

11. Verum, esto, absolutio data à Confessorio pro foro externo non proficit; sed illa non obstante profficit Iudex aduersus absolutum procedere, ac si absolutus non fuisset: tamen, si de abolutione fidem faciat, temperandum est rigor in punitione: quia verè coram Deo non est censura violator, tamen coram hominibus præsumatur, ac proinde sola ea punicio, quæ necessaria fuerit ad satisfactionem scandali, & aliorum exemplum, & delinquentis inobedientiam reprimendam, adhiberi poterit, vt bene notauit Suar. *dicto t. 4. de relig. rr. 10. lib. 9. cap. 1. num. 36. in fine. Acosta de Andrade in explicat. Cruciatæ. q. 50. Secunda resolutio.*

12. Quod, si roges, qualiter probabis, te esse absolutum, vt Iudex credere teneatur, affirmat Medim. *instru. Confessor. c. 12. in fin. Rodrigu. in addit. ad supradictum §. 9. num. 51. te iustificenter id probare, si schedulam à confessorio accipias in qua ipse confessorius testetur, te virtute cruciatæ absoluisse, parte satisfacta. Scio tamen Ledelma 2. p. 4. quest. 26. art. 1. col. penult. & Ioan. Gutierrez. *qq. canon. lib. 1. cap. 2. num. 17.* non probati dictum testimonium: quia est testimonium Confessorij, qui in iudicio forensi non admittitur vt testis, cum sit Iudex pro solo conscientie foro constitutus: ob quam causam Rodrigu. addidit, ad iudicandos esse duos testes, qui absolutio interferat, & de illa testificari possint. Nauar. *verò. l. 5. consil. tit. de sentent. excommunicat. cons. 26.* sentiens non esse sufficientem schedulam Confessoris ad faciendam fidem, neque esse turam ad ducere testes, qui absolutio, quæ frequenter datur in Sacramento Pœnitentiæ, interferat, asserit, prædictam schedulam à Confessorio affirmante, satisfacta parte, absoluisse, debere accipi coram Notario, & testibus, & Notarium in fine schedule testari debere, se fuisse à Confessore prædicto absolutum, tali die, & loco, &c. & ad illius abolutionis fidem faciendam illam schedulam datam fuisse. Cæterum existimo, solum testimonium Confessorij, offensa bulla, sufficere, vt Iudex teneatur credere, te fuisse absolutum, & rigorem penæ ordinariæ temperet. Nam, cum, satisfacta parte, non agatur de præiudicio tertij, videtur Confessorio credendum, qui ob officium Iudicis in foro conscientie incapax non est testificandi ex licentia penitentis, & in illius fauorem in foro externo: si enim contrahens secundas nuptias ob acceptum nuncium de morte uxoris, qui fallus fuit, excusatur à penis, quibus afficiendus erat ob contractum matrimonium, viuentem coniuge: quia prudenter pro-*

cessit, fidem testi aliis idoneo adhibens, vt probat textus in cap. in presentia de sponsalib. cur non poterit iudex te excusare à censuræ violatione ob dictum Confessarij testantem te absoluisse? Certe potest.

13. Tandem decidendum superest, an Confessarius virtute Cruciatæ absoluerit possit ad reincidentiam? Ratio difficultatis est: quia, cui competit absoluerit potestas, competit potestas ligandi, cum vtrique ab eadem iurisdictione originem ducat, ex Gloss. celebri cap. Cum dilectus de consuetud. Sed virtute Bullæ competit Confessori potestas absoluerit, saltem pro voto conscientia. Ergo etiam competit potestas ligandi. Ergo potest absoluerit ad reincidentiam, quæ est absolutio, & ligatio simul. Deinde, cui plus conceditur, minus concessum esse censetur ex reg. iuris in 6. Cui licet. Sed virtute Bullæ conceditur facultas absoluerit in totum, saltem in foro animæ. Ergo conceditur facultas absoluerit pro aliquo determinato tempore, quod minus est.

14. Nihilominus sententia verissima est, non posse virtute Cruciatæ absoluerit concedi ad reincidentiam. Quam docuit Sotus in 4. dist. 22. quest. 2. art. 3. Nauar. cap. 27. n. 15. Cordub. in sum. quest. 29. Couaruu. cap. Alma. 1. p. 5. 1. num. 6. Man. Rodrig. in Cruciat. 8. 9. num. 57. Acosta quest. 91. Gomez clausul. 7. n. 27. Villalob. 2. n. 26. eadem clausul. Ratio est manifesta: quia absolutio ad reincidentiam, non tam est absolutio censuræ, quam illius suspensio pro limitato tempore, vt probat Ioan. Andr. in c. Veniens, el. 2. de testib. cum Felino in c. Ad reprehendum. de officio Ordinar. col. 2. At in Bulla non datur facultas suspendendi censuram, sed ab illa absoluerit: ergo virtute Bullæ non potes ad reincidentiam absoluerit. Deinde, si, vt aliis placet, absolutio ad reincidentiam non sit effectum censuræ suspensio, sed illius absoluta sublatio pro limitato tempore, simul est eiusdem censuræ moraliter noua impositio. At Confessario virtute Bullæ non conceditur facultas imponendi censuram, sed tantum illam tollendi. Ergo non est concessa potestas absoluerit ad reincidentiam.

15. Ad primam rationem dubitanti admitto, cui ex iure communi, & ordinatio competit absoluerit potestas, competit etiam potestas ligandi: scilicet si ex privilegio competat. Ad secundam concedo, cui conceditur plus, concedi id, quod minus est, si sub eo contineatur: scilicet si diuersum sit, vt est in presentia: non enim sub potestate absoluerit à censuræ, continetur potestas absoluerit ad reincidentiam: quippe est potestas omnino diuersa: nam vel est potestas suspendendi censuræ effectus pro aliquo determinato tempore, vel tollendi illam, & denuo imponendi: quodcunque elegeris, manifestum est, diuersum esse à potestate absoluerit simpliciter. Adde, maius quid esse potestas absoluerit ad reincidentiam, quam absoluerit simpliciter: quia est potestas ad duplicem actum diuersum, absoluerit, inquam, & ligandi, cum tamen potestas absoluerit simpliciter vnicum absoluerit actum respiciat.

PUNCTUM IX.

De facultate concessa in Bulla commutandi vota.

1. Extenditur privilegium.
2. Differt potestas commutandi à potestate dispensandi.
3. Gaudens potestate commutandi non potest dispensare: bene è contra.
4. Commutatio in melius propria auctoritate fieri potest: in aequale, & à fortiori in minus, auctoritate Prælati faciendâ est, & ex causa.
5. Nequit potestatem habens tantum commutandi, prestare commutationem in rem minorem.
6. Quæ causa requiratur ad commutationem, & qualis sufficiat virtute Cruciatæ.
7. Quale sit subsidium belli, an spirituale sufficiat.
8. Verius est solum temporale sufficere.
9. Limitatur hæc sententia, vt procedat in commutatione adæquata, scilicet in partiali.
10. Fertur iudicium de predicta limitatione.
11. Dissoluntur rationes oppositæ.
12. Ad hanc votorum commutationem non est opus confessione sacramentali.
13. Omnia vota, tribus exceptis commutari possunt.
14. Non excluduntur ab hæc commutatione vota post publicationem emissa, neque emissa, si sic obinenda commutationis.
15. Finito anno publicationis, expirat potestas commutandi.
16. Quælibet sint vota religionis, castitatis, & peregrinationis Ultramarina, ab hoc privilegio excepta.

17. **A**B hac materia breuiter me expediam, colligens ea, quæ latius tradidi tract. 15. de voto, à punct. 14. vbi feci omnia, quæ difficultatem aliquam ingerere in præsentibus possum, explicui.

Bulla ergo Latina sic privilegium refert: *Conceditur illis vota (Ultramarina, castitatis, & religionis duntaxat, exceptis) in aliquod subsidium huius expeditionis per eundem Confessorem commutari.* Hispana verò sic habet: *Podra tambien el Confessor commutar los qualesquier votos en algun socorro desta expedicion, excepto los de castidad y religion, y Ultramarino.*

2. Rto huius explicatione ex ibi dictis aduerte, aliud esse commutare vota, aliud dispensare. Commutare votum est transferre vinculum, & obligationem voti ex vna materia in aliam, hoc est, vt loco vnius obligationis alia subrogetur. Dispensare verò est vinculum voti ex aliqua rationabili causa, Superioris auctoritate omnino relaxare. Vnde, vt bene inquit Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 12. num. 14. commutatio, & dispensatio differunt, tanquam maius, & minus diuersorum generum: differunt enim vt pars, & totum: nam commutatio etiam est aliquo modo dispensatio, non absoluta, sed quoad determinationem materiæ: quippe loco illius materiæ determinatæ, de qua votum erat, alia suscipitur cum eadem obligatione.

3. Hinc manifestè inferitur, gaudentem sola potestate commutandi vota, vti gaudet Confessarius per Bullam electus, nullatenus posse vota dispensare: quia dispensatio, quid maius est, & difficilius, grauiorem causam exigit, quam commutatio. E contra verò gaudens potestate dispensandi, vota commutare poterit ex reg. iuris in 6. Cui licet, quod est plus licet vtrique, quod est minus, & pluribus firmat Suar. dicto lib. 6. de voto, cap. 12. n. 9. Lessius de voto dub. 11. n. 94. Sanch. lib. 4. sum. c. 53. n. 4. & diximus dicto tr. de voto, pun. 14. n. 4. tamen si plures oppositum probabiliter sentiant.

4. Tripliciter fieri commutatio potest, in melius, in æquale, in minus bonum. Vt commutatio in melius fiat, neque speciali aliqua causa requiritur, neque auctoritas Prælati, sed propria vouentis auctoritate fieri potest, nisi alicuius legis ecclesiasticæ adit prohibitio, vt ex communi sententia docent Suar. dicto lib. 6. cap. 18. n. 2. Sanch. lib. 4. de voto, c. 50. n. 15. Lessius dub. 11. concl. 1. & segg. Ratio est manifesta: quia Deo, in cuius obsequium votum est emissum gratius est, quidquid melius fuerit. At commutationem in æquale, nisi aliqui sentiant propria vouentis auctoritate, & absque aliqua causa præfari posse, verius censui dicto tract. 15. pun. 15. n. 4. Prælati auctoritate indigere: quia, cum Deo crediti gratior non sit solutio, præsumi nequit illam acceptam habere: quoniam præsumi debet gratius illi esse, cæteris paribus, vt vouens fieri promissis, quam vt ab aliis recedat: Prælati verò ad hanc commutationem faciendam, etiam in rem æqualem, ex causa rationabili necessitati moueri debet, aliàs nulla erit commutatio: quia Prælati in hac commutatione non vt dominus, sed vt œconomus Dei, & illius minister, & dispensator procedit: ergo procedere debet iuxta Dei imperium, & voluntatem, aliàs erit infidelis. At Deus præsumi non potest voluntatem habere, vt absque vlla causa sibi debita relaxentur, etiam aliis debitis æqualibus subrogatis, cum in hac subrogatione nullus specialis honor, & gloria ei accrescat. Ergo nequit Prælati absque causa commutationem voti facere in rem æqualem: & ita docet Suar. dicto lib. 6. de voto, cap. 17. n. 5. Sanch. lib. 4. c. 50. n. 14. & nos diximus pun. 15. illius tractatus. Hinc à fortiori constat, in rem minorem non posse etiam à Prælati fieri commutationem absque causa.

5. Sed, an, causa intercedente, fieri commutatio possit in rem minorem ab eo, qui solum potestatem delegatam habet commutandi, affirmant plures relati à Suar. lib. 6. de voto, c. 19. n. 7. Sed rectius negant Panormit. Syluest. Gregor. Lopez Cætan. Nauar. quos refert, & sequitur Suar. loco alleg. quia commutatio essentialiter designat solutionis æqualitatem. Quæ enim parte ab æqualitate discedit, non commutatio, & subrogatio, sed pura relaxatio, & dispensatio dicenda est.

6. Causa autem requisita ad commutationem in rem æqualem præstandam leuis est, vt docuit Suar. dicto cap. 9. n. 5. Sanchez cap. 50. num. 17. Imo Lessius dub. 11. n. 96. affirmat, solum maiorem propensionem vouentis in materiam, in quam faciendâ est commutatio, esse sufficientem causam honestandi commutationem. Pro commutatione verò faciendâ virtute Cruciatæ nulla alia causa exigitur, quam ea, quam secum trahit materia subroganda, scilicet, subsidium ad belli expeditionem: quia hæc commutatio in bonum commune cedit, vt bene notauit Sanch. dicto lib. 4. de voto cap. 50. n. 19. æqualitas autem huius commutationis arbitrio prudentis Confessarij relinquatur, qui eo ipso, quod bona fide procedat, commutatio effectum habebit, vt tradunt prædicti Doctores, & diximus illo tract. 15. de voto pun. 16. in fine.

7. Solum est difficultas, quale sit hoc subsidium belli, in quod necessitati faciendâ est commutatio per Bullam: an, inquam, sit tempore, vel sufficiat spirituale, nempe, orationes, aliæque pia opera pro felici expeditione belli facta? Sufficere spirituale affirmavit Alphons. Deza, Theologus Societatis Iesu, Compluti in publicis prælect. teste Vivaldo Candelab. Sacramentor. 3. p. cap. 14. n. 39. quod & ipse probabile reputat, & casu, quo vouens pauper sit, nec valet temporale subsidium spirituale

rituale sufficere, *Llamas method. curat. 3. p. cap. 4. §. 42. ad fin. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 40. sub. 11. n. 95. in fine. Anton. Gomez clausul. 10. n. 34. Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. de voto. cap. 19. nu. 18. & probabile reparat Sanch. lib. 4. cap. 54. num. 56. Ratio ea est: quia Bulla solum exigit fieri commutationem: ergo æquè de subsidio spirituali, ac temporali intelligi debet. Deinde debet intelligi subsidium, qualiter humano, & morali modo possunt præstare, quibus vota sunt commutanda. At pauperes solum spirituale subsidium præstare possunt, diuites vero temporale: ergo à pauperibus solum subsidium spirituale est exigendum.*

8. Cæterum verius existimo, commutationem hanc necessariò faciendam esse in belli temporali subsidio: quia ea est intentio Pontificis, & Regis: quippe intendunt subsidio per commutationem votorum erogato bellum contra infideles efficaciter, & in re ipsa, & cum effectu promouere. At orationes, aliæque pia opera non sic promouent bellum, cum non habeant effectum infallibilem: ergo hæc comprehensa non fuerunt sub subsidio, in quod sunt vota commutanda. Et confirmo. Orationes, aliæque opera pia ex se non valent multiplicare milites, neque illis animum, & fortitudinem iniicere, neque illorum sumptus suppeditare, aut Ecclesie hostes conterere, sed solum conducunt, vt hæc omnia à Deo impententur, non efficaciter, sed prout ipsi placitum fuerit. Ergo orationes non sunt propriè belli subsidium, sed subsidij imperationes non infallibiles, sed congruæ tantum. At Pontifex præscribit commutationem fieri in belli subsidio, ergo fieri non potest in orationes, aliæque pia opera. Deinde, cum Pontifex in Bulla orationes, & alia pia opera pro felici belli expeditione à fidelibus exigit, id exprimit, eaque expostulat, vt cõpleant causam legitimam pro Indulgentiarum, & priuilegiarum concessione requisitam. Sed in commutatione votorum neque orationes, aliæque pia opera expressit, neque ea necessariò requiruntur ad complendam legitimam causam commutationis; quãdo quidem solo subsidio temporali erogato abundè compleretur. Ergo, &c. Denique illa distinctio de subsidio temporali pro diuitibus, & spirituali pro pauperibus, videtur absque fundamento excogitata: siquidem Bulla indifferenter, & absque vlla distinctio in subsidio belli exigit fieri votorum commutationem, siue vota sint pauperis, siue diuitis. Ergo, si pro diuitibus postulat Bulla subsidium temporale, & pro pauperibus exigendum est: è contra verò, si pauperibus sufficit spirituale subsidium, & diuitibus sufficere debet: quia in hac parte non est spectandum, quid vnusquisque possit, sed, quid priuilegium exigat. Arque ita pro omnibus subsidium temporale necessarium esse, docuerunt Nauarr. *sum. cap. 12. num. 80. Cordub. in sum. quest. 149. & 156. Vega 2. tomo summa. cap. 129. casu 106. Ludouicus Lopez 2. part. Infract. cap. 30. col. 1. Petr. de Ledesma. tom. 2. sum. tract. 10. cap. 8. in fine. Garnic. in exposit. Cruciat. fol. 44. Man. ibi. §. 9. num. 109. & in addit. ad eundem n. ... Villalob. clausul. 9. num. 37. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 15. n. 1. & lib. 4. sum. cap. 54. n. 57.*

9. Supradictam sententiam limitant Vuald. *Candelarb. Sacram. 33. part. cap. 14. num. 39. Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 30. num. 6. Suarez lib. 6. de voto. cap. 19. num. 18. Sanchez dicta disp. 15. de matrim. num. 1. circa finem, & cap. 54. Decalog. num. 78. quibus fauent Azor. 1. part. lib. 11. cap. 18. quest. 9. Sayrus in clauis regia. lib. 6. cap. 12. nu. 17. sine, vt procedat in commutatione adæquata: scilicet in partiali, & minus principali: existimant namque prædicti Doctores, commutationem votorum fieri posse, partim in subsidium temporale, partim spirituale orationum, & aliorumque piorum operum. Mouentur tum ex illis verbis Bullæ id indicantibus, in aliquod subsidium huius expeditionis commutari, id est, aliquam commutationis partem in subsidium belli fieri debere: sed non omnem, tum, vt expeditio belli promoueat, quæ sine dubio magna ex parte impeditur, si omnis commutatio in subsidium temporale faciendâ esset; per paucos enim essent, qui valeret pecuniam erogare æqualem voto commutando: & esto, id possent, difficillimè præstarent, ob quod à tali commutatione abstinerent, præcipue cum virtute priuilegiarum Ordinibus medicantibus concessorum, absque prædictæ pecuniæ erogatione, obtinere commutationem possent, si que non leuiter defraudaretur Pontificis, & Regis intentum. E contra verò concessa facultate commutandi vota, partim in belli temporale subsidium, partim in spirituale, (siuor fit commutatio, & omnes, tam diuites, quam pauperes eo modo commutationis ventur cum raris sit, qui per se, vel per amicum non possit aliquam pecuniam erogare. Deinde colligit Sanchez hæc esse Pontificis intentionem ex priuilegio in Bulla compositionis concessio: vbi Pontifex pro minima quantitate in huius belli expeditionem impensa remittit magnam incertis creditoribus debitam: quod ergo mirum, quod pro leui quantitate pecuniæ in subsidium huius expeditionis erogata commutationem votorum permittit, compenlatâ commutationis æqualitate, aliis bonis operibus.*

10. Verum, etsi prædicta limitatio probabilis sit, vt vltra Doctores relatos affirmat Villalobos *clausul. 9. Bullæ, num. 38.*

Ioannes de Salas in *Manuscript. quest. 21. & ex æquitate sustinenda: at tamen spectato iuris rigore mihi non probatur, sicut nec Soto lib. 7. de iustit. quest. 4. artic. 3. ad finem corp. Arag. 2. quest. 88. artic. 12. vers. Et ad argumentum. Ludouicus Lopez 2. part. infruct. vbi de clauis. c. 9. ad finem, Rodriguez ad Cruciat. §. 9. num. 109. & in addition. ibi Imò nec Nauarr. Cordub. Vega, Garnic. & alii superius relatis, qui nulla facta mentione huius limitationis, absolute affirmant, in temporale subsidium commutationem necessariò faciendam. Moueor: quia vel nomine subsidij, in quod ex præscripto Pontificis commutatio faciendâ est, intelligitur non solum temporale pecuniæ, sed etiam spirituale orationum, vel tantum temporale, si temporale tantum intelligitur, vt ipsimet Doctores apponentes prædictam limitationem, fatentur, & superius probatum est, neque virtute Bullæ in aliud subsidium fieri commutatio: quia est alienum à Bullæ concessione. Illa autem verba, in aliquod subsidium, non indicant aliquam commutationis partem in subsidium expeditionis fieri debere, sed totius denotant, omnem commutationem faciendam esse in eam elemosynam, quæ censetur esse aliquod subsidium huius expeditionis. Si verò sub nomine subsidij non solum temporale, sed etiam spirituale orationum, aliorumque piorum operum intelligatur, certè nulla est ratio, ob quam commutatio integrè fieri non possit in orationes, aliæque pia opera, cum æquè ac pecunia sub nomine subsidij comprehendatur, neque Bulla distinguat de partiali, vel totali commutatione.*

11. Rationes verò, quibus Sanchez mouetur ad summum probant, expeditio, vt sic facultas concederetur, non tamen, quòd de facto concessa sit. Adde, esto, expeditio belli videatur conueniens aliquo subsidio temporali erogato commutationem fieri: at rectè Ecclesie regimini fortè non expedit, eam facultatem ita amplam cuiuslibet Confessorio concedere, ne passim vota absque subrogatione æquali commutentur. Præterea ipsimet Sanchez *num. 58. fatetur, præcipuum commutationis partem in belli temporale subsidium faciendam esse: quia hoc est Regis, & Pontificis intentum, neque satisfacere, si minima quantitate pecuniæ contributa in pia opera fiat commutatio. At inde fit (vt ipse nobis obiciebat) expeditio belli retardari ob difficultatem grauis quantitatatis erogandæ, pluresque impotentes esse, eam pecuniam erogare, cuius quantitas præcipuum commutationis partem constituat, copiosiorque elemosyna congregaretur, si cuiuslibet pecuniæ erogatione, secundum cuiusque deuotionem, commutatio concedatur. Hoc autem nec Sanch. admittit, neque est admittendum. Ergo affirmandum est, omnem commutationem in temporale belli subsidium faciendam esse. Neque obstat, aliquos hoc priuilegio frui non posse iuris non obstat, quòd plures indulgentiis Bullæ non gaudeant: quia illam sumere non possunt: aliunde enim eorum necessitati Pontifex prouidit, varia priuilegia Religionibus concedere.*

12. Hæc autem commutatio, vt bene obseruat Henric. *lib. 7. de Indulgent. cap. 30. n. 6. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 15. n. 15. & lib. 4. de voto. cap. 54. n. 16. Villalob. clausul. 9. nu. 36. fieri potest extra confessionem: quia ex nullis Bullæ verbis colligitur obligatio illam in confessione faciendâ. Quinimò, nec necessarium est, quòd Sacerdos electus ad hanc commutationem sit ordinarius Confessor vouentis: satis enim est, quòd possit esse, si que ab Ordinario approbatus, sicuti docuit Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 15. n. 17.**

13. Vota verò, quæ virtute Bullæ commutanda veniunt, sunt omnia vota, illis tribus exceptis, castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ. Igitur illa vota commutari possunt, etiam si iurata sint, vt dixi *tract. 14. de iurament. disp. 3. quest. 1. ed quòd obligatio, tam voti, quam iuramenti Deo facti, sub eadem sit religionis specie, ac proinde cui delegatur facultas commutandi votum, & commutandi iuramentum delegatur. Dixi, Deo facti: nam iuramentum factum in fauorem hominum, & in illorum gratiam, tamen si iniurè fuerit exortum, *ibidem, punct. 3. in fine, defendi, vt probabilis, relaxari non possit ex sola facultate concessa commutandi, vel dispensandi in voris: quippe illud iuramentum in gratiam Dei factum non est, ac proinde voti rationem non inducit.**

14. Ab hac commutatione non excluduntur vota, vel iuramenta, eò quòd emissa sint post publicationem, vel suspensionem Bullæ: quia priuilegium commutandi, sicut & absoluedi toto anno publicationis durat, & cum sit absolute concessum, omnia vota, siue ante, siue post publicationem emissa comprehendit, vt bene tradunt Nauarrus *c. 12. n. 80. Henriquez lib. 6. de penit. c. 16. n. 3. & lib. 7. de Indulgent. c. 30. n. 5. Sà verbo, Votum, in fine, Azor. tom. 1. lib. 11. c. 18. g. 9. Rodriguez §. 9. in Cruciat. num. 111. Suarez lib. 6. de voto. cap. 19. à num. 4. Sanchez lib. 4. sum. cap. 53. Neque item excluduntur à commutationis priuilegio, esto, fuerint emissa ex fiducia obtinendæ commutationis, sicuti neque à potestate absoluedi excluduntur ea peccata, quæ ex fiducia absolute obtinendæ sunt commissa: quia ea fiducia priuilegio absolute concessio non aduertatur, vt docet, Sanchez *lib. 4. sum. cap. 54.**

6. 54. n. 18. Rodriguez §. 9. Cruciat. n. 99. Acofta de Adrade q. 43. Anton. Gomez claus. n. 5.

15. Finito anno publicationis, expirat potestas commutandi, licet, & omnia alia privilegia ibidem concessa: quippe pro solo eo anno conceduntur. Huic tamen cessationi non obstat, quod si Confessarius electus tua vota, durante anno, commutaverit, in illud subsidium, quod ipse, vel alius vir doctus iudicaverit expedire, non possit Confessarius, vel ille vir doctus, finito anno, designare subsidium, in quo vorum præteritum subrogatur: hæc enim designatio non est commutatio voti, sed complementum commutationis antea factæ. Sic Sanchez lib. 8. de matr. disp. 15. n. 15. & lib. 4. Decal. c. 54. n. 31. Sayro in claus. regia. lib. 6. c. 12. n. 21. in fine. Grassis 1. part. decif. lib. 4. c. 15. n. 47. Rodriguez in addit. ad Bullam, §. 9. n. 117. Villalob. clausul. 9. n. 41.

16. Tria illa vota castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ, quæ ab hac commutandi facultate eximuntur, debent esse absoluta, & omnino perfectæ, non conditionalia, & limitata. Vnde votum castitatis debet esse castitatis integræ, & perpetuæ, non pro limitato tempore. Votum item religionis debet esse religionis propriæ. Votum denique peregrinationis debet esse factum causa deuotionis illorum locorum, aliâ non censentur excepta, sed poterunt virtute Bullæ commutari, vti docent Doctores statim referendi. Etenim illa exceptio votorum odiosa est, & vtpro facultatis generalis commutandi restrictiua: debet ergo strictè interpretari, ac proinde de solis votis absolutis, & perfectis, castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ intelligi. Adde, Bullæ Cruciatæ privilegium intendi Pontificem, quoad votorum commutationem, præter vota, quæ sibi specialiter referuntur, omnia alia Confessario concedere, sicuti Episcopis iure ordinario concessa sunt, vt bene docent Sayr. in claus. regia. lib. 6. c. 11. à n. 72. Suarez lib. 6. de voto, c. 26. n. 17. Sanchez plures referens lib. 8. de matr. disp. 15. à n. 3. & lib. 4. sum. c. 54. n. 19. At Pontifici solum sunt referuntur vota absoluta castitatis integræ, & perfectæ, religionis propriæ, peregrinationis Hierosolymitanæ ex deuotione, vti dixi tract. de voto, disp. 3. part. 11. Ergo hæc tantum à privilegio Bullæ excipiuntur, sicuti excipiuntur à potestate ordinaria Episcoporum.

PUNCTUM X.

De suspensione & reuelatione Indulgentiarum, & facultatum facta à Commissario.

1. Statuitur potestas Commissarii.
2. Non suspenduntur facultates iure ordinario Episcoporum competentes.
3. Neque indulgentia ab ipsis Episcopis concessa.
4. Neque facultates in corpore iuris insertæ.
5. Neque facultates, & privilegia omnino dissimilia.
6. Neque facultates, & privilegia Superioribus Mendicantium quoad Fratres.
7. Qui suspendantur in omnium sententia.
8. Aliqui affirmant, facultates absoluenti, & dispensandi Religiosis concessis in ordine ad facultates suspendi.
9. Verius est non suspendi.
10. Dissoluitur fundamentum oppositum.
11. Quæ ex supra dicta sententia inferantur.
12. Nouit gaudere Religiosorum privilegium.
13. Cessat dubium in usu facultatum Religiosis concessarum, si Religiosus, vel secularis sumat Bullam.

Constat ex tenore Bullæ concedi Commissario facultatem, vt suspendere possit anno publicationis Bullæ omnes similes, aut dissimiles Indulgentias, & facultates à Sede apostolica, vel eius auctoritate quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, singularibus personis, & regnis, in solis terris, locis, & dominijs Regis Philippi, etiam in fauorem fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, vel alterius similibus Cruciatæ, si quæ in regnis, terris, insulis, & dominijs præfatis receptæ adhuc durant, concessas huiusmodi, etiam si clausulas aliquas contra suspensionem facientes continent, ita vt interim, neque prædicari possint, neque publicæ cuius hominum communiter, vel diuini suffragentur, exceptis tamen concessis mendicantium Ordinum Superioribus, quoad eorum Fratres tantum. Item, conceditur facultas Commissario, vt per se, vel per alium, seu alios, quando, & quoties sibi videbitur, Indulgentias, & alias gratias per eum suspensas in fauorem illorum, qui præsentium gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum participes effecti fuerint reuadere abique aliquo præmio possit. Et ita Commissarius suspendit omnes dictas Indulgentias, & facultates, & iterum eas reuadit sumentibus

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

Bullam in hæc verba: *T nos el dicho Commissario general de la Santa Cruzada, para que tan santa obra no se impida, ni cese por otras indulgencias, suspendamos, durante el año de la publicación, y predicación della todas, y qualesquier gracias, Indulgencias, y facultades semejantes, à diferentes concedidas por su Santidad, & por los sumos Pontífices sus antecesores, & por la Santa Sede apostolica, & por su autoridad en todos los dichos reynos, y señores de su magestad à todos, y qualesquier Iglesias, Monasterios, Hospitaliales, & otros lugares pios, Vniuersidades, Confradías, y singulares personas, aunque las dhas. gracias, y facultades sean en fauor de la fabrica de San Pedro de Roma, & otra semejante Cruzada, & aunque todas, & qualesquiera dellas tengan clausulas contrarias à esta suspensión, aunque para las ganar, y publicar se les aya dado licencia nuestra. Por manera que durante el año de la publicación y predicación desta Bula ninguna persona pueda ganar, ni gozar de algunas otras gracias, Indulgencias, y facultades, ni se puedan publicar, excepto las concedidas à los Superiores de los Ordenes mendicantes, en quanto à sus Frayles, y en fauor desta dicha Bula, por la misma autoridad apostolica declaramos, que los que tomaren esta presente Bula, puedan gozar, y gocen de todas las gracias, facultades, e Indulgencias, Indultos, y perdones, y remission de pecados, que les ayan sido concedidos por nuestro muy Santo Padre. Ny por otros sumos Pontífices pasados de felice recordación, & por la Santa Sede apostolica, & por su autoridad comprendidas en la dicha suspensión, las quales en virtud de la dicha comision apostolica reuadamos, y por la misma autoridad apostolica suspendemos el entredicho, si le hubiere en qualquier lugar, donde se hiciere la publicación, y predicación desta Bula por ocho dias antes, y ocho despues, segun que en la Bula de su Santidad se contiene.*

2. In hac suspensione, & reuaditione sunt aliqua omnino certa, alia sub opinione. Primò certum est, non suspendi facultates absoluenti, & dispensandi, & commutandi vota, quæ Episcopis iure ordinario competunt, vel extraordinario, tantquam à Sede apostolica delegatis: quia hæc facultates, esto, auctoritate Sedis apostolicæ concessæ sint, sunt tamen concessæ ex delegatione generali, & per modum statuti, & non singularibus personis; sed eorum dignitati; ac proinde non comprehenduntur in hac suspensione, vti est praxis recepta, & docent omnes.

3. Secundò, non suspenduntur Indulgentiæ, & facultates, quas Episcopi aliquibus locis piis, vel personis concederent: quia hæc non sunt immediatè concessæ auctoritate apostolica, sed auctoritate Episcopali; & Commissarius solum habet potestatem suspendendi Indulgentias, & facultates à Sede apostolica, vel eius auctoritate immediatè dimanantes: & notauit Henric lib. 7. de Indulgent. c. 29. num. 2. Villalob. claus. 12. num. 17.

4. Tertio, neque suspenduntur priuilegia, & facultates in corpore iuris insertæ, siue sint similes, siue dissimiles Cruciatæ priuilegijs: sunt enim per modum legis, & statuti concessæ: Commissarius verò suspendit, quæ ex speciali Sedis apostolicæ delegatione conceduntur. Præterquam quod priuilegia in corpore iuris inserta non derogantur per clausulam generalem non obstantibus, nisi eorum fiat expressa mentio, vti docuit Barr. communiter receptus in Extrauag. Ad reprimendum, verb. Non obstantibus qu. 11. Atque ita docet in præfati Rodrig §. 12. Villal. claus. 12. n. 14. & 15.

5. Quarto, non suspenduntur priuilegia, & facultates Vniuersitatibus, priuatiq; personis concessæ, quæ omnino sunt dissimiles iis, quæ in Cruciatæ conceduntur, quales sunt facultates testandi, celebrandi in altari portatili, ingrediendi Monachialium Monasteria, &c. quia hæc Bullæ Cruciatæ usum non impediunt. Neque obest, Commissarium suspendere gratias, & facultates non solum similes, sed dissimiles: quia intelligi debet de iis, quæ solum quoad modum aliquem sunt dissimiles; non verò quoad substantiam. Præterquam quod potest intelligi suspendere omnes facultates, & priuilegia similia, & dissimilia, quæ occasione impetrandæ Indulgentiæ fuerint concessæ, sicuti in simili docuit Nauarr. de Indul. notat. 33. num. 2.

6. Quintò, non suspenduntur gratiæ, & facultates, Superioribus Ordinum mendicantium concessæ quoad eorum Fratres: quia hæc à suspensione excipiuntur.

7. E contra verò suspenduntur, nec publicari poterunt Indulgentiæ, & facultates concessæ Hospitalibus, Monasterijs, locis piis, Confraternitatibus &c. His enim solent Indulgentiæ concedi pro visitantibus tali, vel tali die Ecclesiam, vel altare, pro offerentibus Sacrificium. Hæc enim omnes suspenduntur, neque obtineri possunt. Hæc autem suspenduntur comparatione Religiosorum mendicantium, si eorum Monasterijs concessæ sint, postea examinabimus.

Secundò, & certius suspenduntur concessæ singularibus personis aliquam imaginem deferentibus, vel aliquid in illius honorem recitantibus: quia hæc Indulgentiæ non sunt specialiter in Religiosorum fauorem concessæ, sed omni populo Christiano communes: quod maximè verum habet, quando hæc

Indulgentiæ fuerunt concessæ ad instantiam alicuius Principis. Nam, si hæc indulgentiæ ad instantiam Superiorum Ordinum mendicantium concessæ sint, probabile tenet Ioan. de Salaz in *Manuscr. in Cruc. qu. 25. post med.* comparationem Religiosorum mendicantium non suspendi: & fauent Rodrig. §. 12. n. 4. & Villal. *claus. 12. n. 3.* dicentes quoad Mendicantes non suspendi Indulgentias, eorum Monasteriis concessas pro eorum Ecclesiis visitantibus.

Tertiò, suspenduntur, si quæ facultates sunt aliquibus Ecclesiis, monasteriis, vel singularibus personis celebrandi ante auroram, vel post meridiem, assistendi tempore interdicti diuinis, celebrandi, vel faciendi celebrare in Oratorio priuato, eligendi Confessorem quoad peccatorum absolutionem, vel vororum commutationem, &c. quia hæc, vt pote omnino similes iis, quæ in Cruciatâ conceduntur, obstant maximè eius expeditiõni. Verùm hæc omnia, quæ à Commissario suspenduntur, iterum reuoluntur suscipientibus Bullam, vt constat ex Bullæ clausula: *Ne Bullam suscipientibus vlla gratia desit.* vt norant omnes Doctores. Hæc sunt certa.

8. Dubia tamen quæstionis est, an suspendantur potestates, quas Religiosi obtinent comparatione secularium, absoluedi à reuerariis, & vota commutandi: ita vt si nec Religiosus, nec secularis Bullam habeant, nequeant illa potestate vti? Affirmat suspensi Nauar. *lib. 5. conf. in 2. edit. de priuile. conf. 16. n. 1.* Ludouic. *Lop. 2. p. instr. conf. vbi de clausulis. c. 2. col. 10.* Rodrig. *Cruciata. §. 12. n. 4.* Mouentur ex clausula Bullæ, qua Commissarius omnes Indulgentias, gratias, & facultates concessas Monasteriis, Vniuersitatibus, & singularibus personis, suspendit, exceptis concessis Ordinum mendicantium Superioribus quoad eorum Fratres tantum: sed illæ facultates absoluedi, & commutandi vota sunt concessæ Monasteriis, ex quibus Religiosorum Ordo constituitur, atque sunt concessæ singularibus personis eorundem Religiosorum auctoritate apostolica. Ergo censentur suspensæ. Et confirmari potest ex exceptione facta: illa enim exceptio contineri debet sub regula, atque aded sub suspensione facta, sed excipit à suspensione facta Indulgentias, & facultates absoluedi, dispensandi, & commutandi concessas Superioribus Ordinibus mendicantium quoad eorum Fratres. Ergo relinquuntur suspensæ quoad facultates. Deinde Pontifex specialiter fauere voluit Religiosis mendicantibus: siquidem eos excipit à suspensione generali facta. At, si facultates, & Indulgentias Religiosis concessæ non suspenduntur, qui fauor sit Mendicantibus? quandoquidem non Mendicantes Indulgentias, & facultates sibi concessas retinent?

9. At tenendum est, nequaquam suspendi prædictas facultates: quippe non sunt concessæ vni, vel alteri Monasterio, sed toti Religioni in commune fidelium bonum. Bulla autem solum videtur suspendere, quæ singularibus Monasteriis, Vniuersitatibus, piis locis, & singularibus personis, quæ tales sunt, conceduntur. Ergo prædictas facultates non suspendit. Atque ita docent expressè Emmanuel mutans sententiam additio- nis, ad *Cruc. §. 12. n. 4.* & *qq. regul. r. 1. g. 61. art. 14.* Henr. *lib. 6. de punit. c. 16. n. 7.* & *lib. 7. de Indulg. c. 28. n. 7.* & in *comm. lit. Z. Sanch. l. 4. sum. c. 54. in fin. Cillal. claus. 12. n. 4.*

10. Neque obstat contrarium fundamentum: negandum enim est, excipi à suspensione Indulgentias, & facultates absoluedi, & dispensandi concessas Religiosis ratione status: quia hæc potestates, tam mendicantibus Religiosis, quam aliis non mendicantibus competentes sub suspensione generali comprehensæ non erant, vt pote quæ in bonum commune Ecclesiæ sunt concessæ, & plures ex illis communi iure approbatæ. Illæ ergo facultates, & non aliæ, censi debent suspensæ, quæ singularibus Monasteriis, vel personis particulatibus concessæ sunt: nec vero, quæ toti Religioni conceduntur, & singularibus personis, non quæ tales, sed, quatenus illius Religionis membra pertinet. Neque inde inferitur, non fieri speciale priuilegium Mendicantibus in illa exceptione: sit vtique: quia ex vi illius exceptionis non suspenduntur Mendicantibus Indulgentias, facultates, & gratias concessæ singularibus Monasteriis ad instantiam suorum Superiorum, quæ tamen non Mendicantibus suspenduntur.

11. Ex dictis colligitur, non suspendi potestatem, quam habent plures Religiones suspendendi generale interdictum in suis Ecclesiis pro aliquibus Festiuitatibus: quia hæc potestas non singulari Conuentui, sed toti Ordini est attributa, quæ in prædicta suspensione generali non continentur: & tradit expressè Villal. *tract. 22. Bullæ, clus. 12. n. 8.* Secundò, colligitur Indulgentia illas, quæ non alicui Monasterio, vel loco pio, seu imagini annectuntur, sed omnibus Religiosis, quæ tales sunt, conceduntur, suspensione prædicta non comprehenduntur, atque aded tam Mendicantes, quam non Mendicantes eas obtinere possunt: quia hæc directè statui Religioso conceduntur, & inde ad singulos Religiosos deriuantur, ex Sanch. & Villal. *loc. alleg.* Tertiò, si solas eas facultates, & gratias, ac indulgentias prædictæ Bullæ clausula suspendi, quæ Monasteriis singularibus, vel piis locis fuerint concessæ. Has ergo, seclusa

bullâ, non poterunt Religiosi non mendicantes obtinere: ac mendicantes eas obtinere poterunt, quia Superioribus suis, id est, ad eorum instantiam fuerint concessæ: & Bulla excipit, quæ concessæ fuerint Superioribus Ordinibus mendicantium quoad eorum Fratres. Quod si non mendicantes communicationem habent in priuilegiis cum mendicantibus, easdem Indulgentias, & facultates poterunt obtinere, sicuti, vt probabile, defendit Villalob. *claus. 12. n. 11.* aduersus Rodrig. §. 12. n. 15. Neque inde licet colligere exceptionem mendicantium esse inuilem, quandoquidem non mendicantes etiam excipiuntur: quia non excipiuntur per se, sed per accidens ex priuilegio communicationis distincto: quod fortè non omnibus non mendicantibus competit. Quæ dicta sunt de Religiosis, intelligi debent de monialibus quæ verè Religiosæ sunt, vt bene notauit Rodrig. §. 12. n. 9. Villal. *claus. 12. n. 13.*

12. Duo existimo certa. Primum, Nouitios, sicut & reliquos Religiosos priuilegiis Religioni concessis gaudere, & in prædicta suspensione exceptione comprehendendi, si uiderintur Rod. *d. §. 12. n. 6.* Villal. *claus. 12. n. 12.* Nam est, spectato verborum rigore Religiosi non sunt, sunt tamen secundum commune modum loquendi, qui maximè in fauorabilibus attendi debent: *Ex litteris, et 1. de spons. & leg. Liberrum §. Quod autem Casij. ff. de leg. 3. & tradit Nauar. c. 27. nu. 255.* Rebuff. *prax. benef. tit. de dispensa. cum regul. pag. 422.* Secundum est, si Religiosus, vel secularis Bullam suscipiat, abique vlla profusa dubitatione gaudere poterit potestate absoluedi, & dispensandi Religiosis concessis: quæ, sumpta Bulla, omnia priuilegia suspensa reuoluntur: neque opus est, vt uterque Religiosus, & secularis Bullam lumant: satis esse videtur, si vnus ex illis suscipiat, & maximè Religiosus: nam ipsi priuilegio reuoluntur, consequenter seculari reuoluntur, vt possit illi vti.

PUNCTVM XI.

De aliis facultatibus, quæ in Bulla Cruciatâ Commissario conceduntur.

1. Conceditur facultas taxandi elemosynam, quam sumentes Bullam debent erogare.
2. Conceditur facultas componendi super fructus amissos ob omissionem Horarum recitationem.
3. De potestate dispensandi in irregularitate.
4. Prodest hæc potestas, tam pro foro conscientie, quam exteri.
5. Commissarius omnes irregularitates dispensat.
6. Quatuor tamen excipiuntur.
7. Datur facultas Commissario dispensandi in impedimento affinitatis ex fornicatione.
8. Sub quibus conditionibus hæc potestas concedatur.
9. Deinde habet potestatem Commissarius dispensandi in suspensione dicto impedimento, vt debitum conuicti impeditus potat.
10. Extendunt aliqui hanc potestatem ad impedimentum cognitionis spiritualis. Sed rectius alij negant.
11. Nobilissimè potest Commissarius concedere, vt per horam ante lucem, & post meridiem celebrent, vel celebrari faciant.
12. De obligatione quam habent omnes Episcopi, applicandi inuenas penas in subsidium Cruciatæ.

1. **V**ltra facultatem superiori puncto explicatam suspendendi, & reuoluidandi Indulgentias, gratias, & facultates, conceditur Commissario potestas taxandi elemosynam, quam erogare debent Bullam suscipientes, vt illis proficit, vt constat ex verbis Bullæ ibi: *T. por quanto vos N. despidos reales de plata, que es la limosna, que auemos tasado y declarado, &c.*

2. Secundò, datur facultas eidem Commissario componendi cum his, qui ad restitutionem fructuum ex omissione Horarum canonicarum teneantur, ita vt quantitas compositionis pro medietate Ecclesiis, vel aliis locis piis, quarum, vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate in subuentionem huius negotij detur. De qua facultate qualiter intelligatur, punct. vlt. vbi de Bulla compositionis agendum est.

3. Tertiò, similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibuscumque ecclesiasticis censuris ligati Missas, & diuina Officia (non tamen in contemptum clauium) celebrant, seu alias se immiserunt, & super alia illis qualibet irregularitate præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simonia, vt apostasia à fide, aut de hæresi, vel propter malam Ordinum suspensionem contractam, cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamie, aut inhabilitatis exinde proueniens abolitione, & executione Ordinum non malè susceptorum.

A. Circa

4. Circa quam potestatem aduerte, concedi tam pro foro conscientia quam externo, & iudiciali: quoniam enim sic concessa alius iurisdictionem habenti abique vlla limitatione fore in-
 terni, sicut fit Episcopis in Trid. sess. 24. c. 6. & ipsimet Commis-
 sario in potestate dispensandi cum his, qui impedimento
 affinitatis ligati bona fide contraxerunt, faciendum est pro
 utroque foro prodesse posse, vt bene notauit Henric. lib. 7. de
 Indulg. c. 13. num. 5. Rodrig. in addit. ad Cruciat. §. 13. n. 1. Didac.
 Nuño in exposi. Bulla. §. vlt. Villalob. claus. 13. n. 6. Acosta. q. 97.
 Auil. 7. p. de cons. disp. 10. dub. 5. concl. 2. c. 3.

5. Irregularitates autem, in quibus Commissarius dispensa-
 re potest, sunt omnes, & solæ, quæ ex delicto proueniunt,
 quatuor exceptis, vt notantur Rod. Nuño, Villal. loc. alleg. &
 colligitur aperte ex illo verbo, *super alia qualibet irregulari-
 tate*, verbum enim, *aliud*, quod relatum est, præcedens qua-
 litatem refert, vt constat ex leg. *si fugitiui*, ibi, *alia pena*. C. de
 seruis fugitiuis iuncta Gloss. fin. quæ ait, *alia pena*, scilicet, simili-
 ter: & docet Anton. Gab. r. 1. comm. verb. *Alius*. Menoch. lib. 1. de
 arbit. q. 80. n. 122. Sed irregularitas præcedens, pro qua datur
 potestas Commissario dispensandi, prouenit ex delicto: ergo
 de irregularitate ex delicto intelligi debet verbum illud, *alia
 qualibet irregularitate*. Idemque confirmari potest ex excep-
 tione, quæ immediatè subsequitur, sub qua nulla irregulari-
 tas comprehenditur, quæ non sit ex delicto. Atque ita docent
 Nuño, Villal. Rod. sup. Vnde colliges, non posse Commissa-
 rium in irregularitate ex defectu natalium, ex homicidio au-
 thoritate publica factò, in bigamia propria, vel interpretaria
 dispensare: quia hæ irregularitates non in pœnam alicuius de-
 licti, sed ob indecenciam, & perfectæ significationis defectum
 imponentur; bene tamen poterit dispensare in irregularitate
 similitudinaria, quia hæc ex delicto prouenit. Sic Henric. lib.
 7. c. 11. n. 5. Auila 7. p. de censur. disp. 8. dub. 4. concl. 6. Rod. in
 additionib. §. 13. n. 3. c. 6. Villal. claus. 12. n. 7. c. 8.

6. Excipiuntur quatuor irregularitates à potestate Com-
 missarij. Prima, ex homicidio voluntario, sub qua comprehen-
 dit non debet irregularitas proueniens ex voluntaria mutila-
 tione, aut ex homicidio casuali: quia sunt distinctæ: & excep-
 tio, cum odiosa sit, restringi debet, non ampliari. Atque ita do-
 cet Rodrig. in additionib. §. 13. n. 6. Villalob. claus. 13. n. 7. Secun-
 da est, quæ prouenit ex simonia. Tertia, quæ prouenit ex apo-
 stasia à fide, seu hæresis: quia pluribus Doctoribus placet, simo-
 niacos in Ordine, & Hæreticos esse irregulares. Sed alij cen-
 sent, simoniacum in Ordine ab vfu Ordinum tantum suspen-
 sum esse: Hæreticum verò, si publicus sit, & notorius, esse irre-
 gularem: secus si sit occultus. Quarta irregularitas excepta
 prouenit ex mala Ordinum susceptione, eo quòd Ordinem
 litiuè susceperis.

Hic ergo quatuor irregularitatibus exclusis, omnes aliæ sub
 potestate Commissarij comprehenduntur, in quibus sic dis-
 pensare Commissarius potest, vt si forte beneficium aliquod,
 hanc irregularitate, receptum sit, possit ad illud habitare, &
 fructus inde perceptos concedere, vt colligitur ex illis ver-
 bis: *Cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis præcep-
 tum, & infamiam, ac inhabilitatis exinde proueniens abolitio-
 ne*. Etenim, cum irregularitas beneficio suscepto adueniens
 non prius beneficio, neque ad illud retinendum reddat irre-
 gularem inhabilem, potestas dispensandi in retentione bene-
 ficiorum, & illorum inhabilitate, non de beneficiis ante ir-
 regularitatem susceptis; sed de beneficiis post irregularitatem
 susceptis intelligi debet, sicuti bene aduertit Rodrig. in addit.
 §. 13. n. 9. Villalob. claus. 13. n. 10.

7. Quarto, datur facultas dispensandi, nullis datis litteris, seu
 per Confessorem laniatis, cum his, qui primo, & secundo affi-
 nitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matri-
 monium contraxerunt, dummodo si post Concil. Trid. ipsius
 formam seruauerunt, ac impedimenta huiusmodi penitus oc-
 culta sint, & alter contrahentium tempore contracti matri-
 monij impedimenti ignarus extiterit, & altero ita prædictum
 impedimentum ignorante de nullitate prioris cōsensu prius
 certificato, tacitaque, si videbitur ad euitanda scandala, causa
 nullitatis, matrimonium inter se etiam secretè de nouo con-
 trahere possint in foro conscientia duntaxat, ad euitanda gra-
 uia scandala, dispensandum iudicauerint, dispensare, prolem-
 que susceperunt, & suscipiendam legitimam decernere.

8. Pro huius potestatis explicatione suppono ex Trident. sess.
 24. cap. 4. affinitatem contractam ex copula illicita in primò,
 & secundo gradu esse impedimentum dirimens matrimonij
 contrahendi. Igitur, si aliqui hoc impedimento ligati contra-
 xerint, datur Commissario facultas in foro conscientia dūtaxat,
 ad euitanda scandala in prædicto impedimento dispensan-
 di, & media dispensatione, & matrimonij noua celebratio-
 ne, & non aliis prolem susceptam, & suscipiendam legiti-
 mam decernere, vt aduertunt Sanchez lib. 8. de matr. disp. 6.
 num. 25. Nuño §. vlt. in exposi. Cruciat. Villal. claus. 13. n. 12.
 c. 11. Hæc autem potestas conceditur Commissario quatuor
 concurrentibus conditionibus. Prima, vt matrimonium sit ce-
 lebratum iuxta formam Trident. sess. 24. cap. 1. scilicet, coram
 Parocho, & testibus, & præmissis denunciationibus, nisi

seru. de Castro. Sum. Mor. Pars 17.

forte in eis fuerit per Ordinarium dispensatum. Secunda, vt
 impedimentum illud sit occultum, hoc est, non publicum, ne-
 que ad forum contentiosum deductum. tamen si probabile sit,
 & ab aliquibus cogatur: quia, dum à maiore parte Collegij,
 vel vicinia ignoratur, occultum esse censetur ad hunc effe-
 ctum, vt bene Nauarr. cap. 27. n. 254. Sanch. lib. 8. disp. 4. n. 55.
 Villalob. claus. 13. n. 15. Tertia, vt bona fides adfuerit, saltem ex
 parte vnus contrahentis ignorantis impedimentum, tempore,
 quo matrimonium celebratum est. Quarta, vt coniux, qui
 ignorauit impedimentum, & certior fiat de prioris consensu
 nullitate. Non tamen est opus declarare nullitatis causam à
 sed eo ipso, quo dicat alteri coniugi se tempore contracti ma-
 trimonij non habuisse consensum liberum, & legitimum, qui
 necessarius est ad matrimonium contrahendum, velleque
 denuò ob securitatem suæ conscientia contrahere; satis hoc
 dicto de prioris consensu nullitate certiorum coniugem red-
 dit, vt notauit Villalob. dicta claus. 13. n. 18.

Sub prædictis conditionibus, & non aliter dispensabit Com-
 missarius: quam dispensationem cōcedet abque expeditione
 litterarū, vel, si placuerit litteras expedire, id faciet suppressis
 dispensationum nominibus, & per Confessorem concessa dis-
 pensatione litteris dilaniatis, vt vfu est sacrae Pœnitentiariæ,
 & cauetur in prædicta facultate. Coniuges verò obtenta dispē-
 satione iterum inter se abque Parocho, & testibus contra-
 hent. Nam, esto, grauis sit difficultas, an reualidatio matrimo-
 nij, quod nullum est, fieri debeat coram Parocho, & testibus,
 in casu præsentis locum non habet, cum expressè Pontifex de-
 clarauerit ad contractus prædicti reualidationem sufficere
 verūque coniugis secretum, & occultum consensum, sicuti
 aduertit Villalob. d. claus. 13. Bulla. n. 19.

9. Quintò, conceditur Commissario facultas dispensandi in
 superueniente simili affinitatis impedimento post matrimo-
 nium contractum, vt debitum petere possit, qui eo impedi-
 mento ligatus erat: etenim affinitas ex fornicatione contra-
 cta, quæ antecedit matrimonium illud dirimit, matrimonio
 superueniens petitionem debiti impedit, vt probat textus in
 cap. 1. de eo, qui cognouit consanguin. vxor. Hoc igitur impedi-
 mentum potest Commissarius tollere, sicut etiam potest Epil-
 copus, & Superiores Ordinum mendicantium, vt dicemus
 tract. de matrim. & videri potest Sanch. lib. 8. disp. 15. n. 13. Man-
 Rodrig. 1. tom. sum. edit. 2. c. 24. n. 12. & in addit. ad Cruciat. §.
 13. n. 17. Villalob. ibi claus. 13. n. 20.

10. Extendit autem Rodriguez dicto §. 13. n. 17. & Villalob.
 n. 21. hanc Commissarij facultatem ad impedimentum cog-
 nationis spiritualis: tum, quia est quidam incestus, tum, quia
 est leuius impedimentum, & cui conceditur maius, & minus
 ceteri debet concessum, ex reg. *Cui licet de reg. iuris. in 6.*
 præcipue cum hæc Commissarij potestas late sit interpretan-
 da, vt pote fauorabilis, & in nullius præiudicium cedens. Sed
 rectius Sanch. d. disp. 15. n. 13. negat prædictam facultatem ex-
 tendi. Tum, quia fornicatio, cum spirituali cognata, non ince-
 stus, sed sacrilegium est: & esto, incestus esset facultas dispen-
 sandi, non pro quolibet incestu facta est; sed pro impedimen-
 to proueniente ex incestu in primo, & secundo gradu: ad im-
 pedimentum cognationis spiritualis omnino diuersum est:
 ergo ad illud prædicta facultas extendi non potest: quippe
 facultas quantumuis late interpretanda sit, extendi non de-
 bet ad casum sub lata verborum forma non comprehensum.

11. Sextò, Commissario facultas conceditur pro personis
 nobilibus, & qui iuxta ipsius Commissarij arbitrium qualifi-
 cati fuerint, vt Missas per horam ante lucem, & post meridiem
 audire, & celebrare facere valeant, indulgere possit. In hac
 concessione nihil speciale notandum occurrit, præter ea, quæ
 dixi tract. de sacrific. punct. 7. à n. 12. Solùm aduerto, non per-
 mitteri Commissario hanc dispensationem quibuscumque con-
 cedere; sed nobilibus, & qui iuxta eius arbitrium qualificati
 sint. Nobilis autem est, qui iure communi vel statuto, vel
 consuetudine patriæ nobilis creditur, vt dixi Menoch. lib. 2. de
 arbitrar. casu 67. & pluribus tradit Tiraque. de nobilit. à c. 3.
 c. 1. q. 1. Qualificatus verò, qui aliqua qualitate generis, vel
 officij illustri insignitus est, ideòque illustris, seu egregius vir
 dici poterit, de quo late Menoch. casu. 68. c. 70.

12. Ad extremum aduerto, præceptum esse à Sede aposto-
 lica, & à Commissario promulgatum, vt omnes Episcopi in
 his Hispaniarū regnis, eiusque ministris, seu Officialibus, aliisque
 Prælati ecclesiastici inferiores omnes penas pecuniarias ap-
 plicent in subsidium huius sanctæ expeditionis. Quòd si non
 fecerint, vltra peccatum commissum applicatio sibi, vel al-
 teri facta nulla est, vt cauetur in prædicta Bulla; & notauit
 Rodriguez in addit. ad Cruciat. §. 13. in fine. Acosta quæst. 89.
 Villal. claus. 13. n. 23. Neque video, quo titulo ab hoc præcepto,
 & obligatione rationi consona excusari possint, nisi forte ob
 receptam consuetudinem contrariam, etiam stante Bullæ
 publicatione. A qua tamen applicatione excipiunt Acosta, &
 Villal. sup. partem accusatori, scilicet, fiscales competen-
 tem ex præsumpta voluntate Pontificis, vt ad accusationem
 faciendam & delictorum punitionem procurandam moueatur,
 Quinimò illa pars, quæ accusatori applicatur, quodammodo

PUNCTUM XII.

De Bulla Cruciatæ pro defunctis concessa.

1. Statuitur concessio.
2. Non est opus, te esse in gratia, ut obtinere defuncti Indulgentiam possit.
3. Sumpta una Bulla, an expediat alias sumere. Proponitur ratio dubitandi.
4. Certum est expedire.

1. Pontifex ex thesauro satisfactionum Christi, & Sanctorum non solum viuis fidelibus fauores impendit, sed etiam defunctis, id est que plenissimam Indulgentiam concedit defuncto, in cuius gratiam vigus erogata elemosyna Bullam sumperit, ut constat ex tenore Bullæ, qui sic se habet: *Nuestro muy santo Padre Paulo V. de felice recordacion concedio plenissima Indulgentia, y la mando publicar nuestro muy santo Padre Urbano VIII. con que podamos sacar las animas de los, que acaquesimos bien de aquellas penas de Purgatorio, y poner las en la gloria, dando por esta Bulla para la defensa de la Yglesia, y rescate de nuestros difuntos, y en acrecentamiento de nuestros meritos, la limosna casada por vos N. Comissario apostolico general de la santa Cruzada. Y por quanto vos N. difeis dos reales de plata, eo fauor del anima de N. y recibistes en vos esta Bulla le es otorgada la Indulgentia sobredicha.*

2. Que in hac concessione aliquam possent difficultatem ingerere, superiori tract. de suffrag. & Indulgent. præcipue pun. 1. & vlt. enodata sunt: ibi enim explicuimus, qualiter operari debeas, ut indehnt Doctores, Cardin. Clement. 2. de penitent. & remiss. Angel. verbo, Indulgentia, num. 21. qui censent, opus esse, ut in gratia existas, cum opus iniunctum ad obtinendam defuncto indulgentiam exequeris: quia nequis esse poterit ad obtinendum beneficium alteri, quam tibi ipsi, ad obtinendam autem tibi indulgentiam necessariò requiritur gratia: ergo etiam erit requirita pro obtinenda defuncto. Communis tamen sententia docet, ut videre est in Nauarr. de iulileo, notab. 17. n. 4. & notab. 32. n. 3. Cordub. de Indulgent. q. 17. & 26. Suar. tom. 4. de penitent. & suffrag. disp. 52. sect. 4. n. 6. Rodrig. ad Bullam, §. 8. n. 13. Acofta. q. 21. Villalob. 1. p. sum. tract. 28. n. 3. necessarium non esse, te in gratia, cum Bullam pro defuncto sumperis, ut ei profit. Non enim tu sumens Bullam pro defuncto ei satisfactionem concedis, qua panæ debita remittantur, sed solum apponis conditionem quandam piam, & religiosam, qua posita Pontifex ex thesauro satisfactionum Christi, & Sanctorum sufficientem solutionem exhibet pro penis ab illo defuncto debitis. At eam conditionem lumendi Bullam satis præstare potes, tamen si in peccato existas: ergo status gratiæ tibi requisitus non est, ut Bulla à te sumpta defuncto proficiat.

3. Sed, an sumpta una Bulla expediat alias pro eodem defuncto sumere, aliqui dubitant, eò quod videatur iudicari Indulgentiæ concessionem veram non esse: nam, si vera est concessio, eum ex parte defuncti in Purgatorio existentis nulum sit impedimentum, quin ei integrè indulgentia applicetur, efficitur statim in cælum euolare, ac proinde inutiliter in eius fauorem nouam Indulgentiam applicari.

4. Nihilominus omnino tenendum est, plures pro vno defuncto Bullas sumi posse, & expedire, ut bene notauit Gab. in canon. lect. 57. Nauarr. de indulgent. nota. 22. n. 50. Acofta in explicat. Cruciat. q. 22. Nuño in present. §. vlt. circa finem. Villalob. dicto tract. 29. n. 5. Ratio est manifesta: etenim indulgentiæ valor maximè pendet ex causa finali, & motiua concessionis: contingit enim aliquando concedi indulgentiam plenariam ex causa, quæ solum erat sufficiens pro remissione tertriæ partis peccatorum concedenda: & quis scit, an in præfenti sic contingat? Quare eo casu manifestum est, expedire non solum vnã, sed plures Bullas sumere, ut multiplicata remissione illius tertriæ partis plena remissio obtineatur. Item, certum non est, sed sub opinione positum, an indulgentia applicata pro defunctis infallibilem effectum habeat, neque etiam est indubitatum, an status gratiæ in exequente opus iniunctum requiratur. Itémque nemini constare potest, an opera ad indulgentiæ applicationem requisita exequatur, pro Pontifex intendit, & necessarium est ad indulgentiæ valorem, saltem integrum. Denique fieri potest, etiam te ignorante, ut elemosyna pro Bulla erogata ex aliis debitis sit, vel Quæstorem alienam dedisse Bullam, esseque illius raptorem, & simulatorem, neque proprium Cruciatæ ministrum. Quæ omnia abunde probant expedire, plures Bullas pro vno defuncto sumi, ut quoad fieri possit prædicta inconuenientia vitentur.

PUNCTUM Vlt.

De Bulla Cruciatæ, quæ vocatur Compositionis.

Summus Pontifex concedit omnibus Christi fidelibus, cuiuscunque status, conditionis, Ordinis, vel Religionis, sive Ecclesiastici sint, sive sæculares, etiam si sint ex Ordinibus mendicantibus, qui in huiusmodi Hispaniarum regnis assistunt, vel ad ea quomodolibet declinauerint, ut erogatis duobus argenteis in subsidium belli contra infideles, quantitas duorum millium marapetinarum, infra, de debitis incertis remittatur, obtinereque possint remissionem vsque ad quantitatem debitam centum millium marapetinarum: sed vitæ nequeant, nisi ex beneplacito Compositarij generalis, ex eius tamen consensu, & voluntate optimè possint. Debita autem debent esse contra facta absque fiducia huius remissionis, alias huic Indulgentiæ non erit locus. Quæ omnia expressè habentur in prædicta Bulla.

§. I.

Qualiter debitorum incertorum, virtute huius concessionis, fiat remissio.

1. Nulla de debitis certis fit remissio.
2. Quid, si creditor ita absens est, ut nequeat debitum ei reddi? Verius est locum esse remissioni.
3. An sit licita, & valida hac remissio.
4. Resoluitur, esse validam, & licitam.
5. Nullus alius, præter Pontificem, stante eius lege, hanc remissionem facere potest, secus ea lege seclusa.
6. Plures censent, comparate creditore, te esse obligatum, residuum restituere, neque prodesse remissionem, nisi dum cum comparet.
7. Oppositum probabilitate non caret.
8. Soluitur fundamentum oppositum: & ibi, an profit remissio pro foro iudiciali.
9. Quid dixerunt, si iudex te condemnet ad soluendum.

1. Nulla de debitis certis, hoc est, certo creditori debitis, quæque ipsi restitui possunt, virtute huius bullæ fit remissio: quippe hæc cum dominum agnoscat, non vult Pontifex vlli operi, quantumvis pio, contra eius voluntatem applicare: ergo fit de debitis, quorum creditor non comparet.

2. Quod si creditor comparet, at ita absens est, ut nequeas debitum illi persolvere, neque speras breui tempore posse, ob cuius causam excularis à restitutione facienda, est Sorus in 4. dist. 2. q. 2. art. 4. & lib. 4. de iustit. q. 7. art. 1. existimet compositioni locum non esse: quia absolute, & simpliciter non est de bitum incertum, sed certum, & bulla solum remissionem debitorum incertorum concedit. At rectius Couarr. in reg. eccl. ca. 3. §. 1. Rodrig. in present. dub. 2. Villalob. n. 12. Acofta. q. 95. oppositum censent: quia eo casu illud debitum humano, & morali modo reputatur incertum, eò quod domino reddi non potest. Domino enim perinde est carere debito, quia absens, vel quia debitori est ignotus, si æquè ex absentia, ac ignorantia excularis debitor à restitutione illi facienda.

3. Duplex tamen est in hac compositione difficultas. Prima, an licita, & valida sit, ita ut virtute illius exculeris à debiti integra solutione, saltem dum creditor non comparet: Non defuerunt, qui ausi sunt affirmare, illicitè, & inualidè hanc remissionem concedi. Sic videtur sentire Bannes 2. 2. q. 62. art. 1. dub. 8. Dominic. Sorus in 4. dist. 21. q. 2. art. 4. Mouentur: quia hæc remissio fit in præiudicium pauperum, quibus illa restitutio facienda erat ex textu in cap. Cum tu. de usuris, & occasionem præbet plura latrocinia committendi: ergo est illicita, & inualida.

4. Et quidem, si absque vlla causa remissio fieret, admittit, illicitam esse, in quo sensu credo, Bannes, & Sorus fuisse locutos, valida tamen esset, si ex bonis ecclesiasticis, vel temporalibus ad ditionem Pontificis pertinentibus fieret: quia horum distributio ipsi, utpote supremo gubernatori, competit. Quippe in omnia bona, quorum dominus non comparet, vel possidens succedit: vel saltem respublica, quæ suo gubernatori tradit potestatem ea pro suo arbitrio distribuendi. Secus verò videtur dicendum, si absque causa fieret remissio debiti temporalis, quod non est sub ditione Pontificis, vel Regis: quia esset remissio debiti contra voluntatem domini, qui non est Pontifex, nec Rex Hispanus, sed alia respublica, illiusque gubernator. Quod intelligendum est casu, quo respublica domina sit bonorum incertorum, & non ipse rector.

Verum in præfenti hæc omnia cessant, cum manifestissimè sit, causam huius remissionis legitimam esse. Etenim fidelium conscientiæ ære alieno grauatur, & ob hanc causam diffidit.

illime ab statu peccati resurgentes, hac remissione facta obligationi satisfaciunt, & peccatum depellant, illaque elemosyna, est minima: scilicet tamen multiplicata non leue subsidium conferat ad infideles contereos, & debellandos; nostramque catholicam fidem augendam. Quae nequaquam obtingeretur, nisi grauis illa quantitas sub leue elemosyna erogatione remitteretur: ex alia etiam parte bona illa, quae remittenda sunt, Pontificis, vel Regis distributioni competunt, cum sint sub Regis, vel Pontificis editione. Ergo est valida, & licita eorum distributio, & remissio. Solum esse poterat difficultas, quare do bona remittenda per se alteri Republicae, & gubernatori, quam Pontifici, vel Regi Hispaniarum pertinent. Et in hoc casu etiam existimo, licitam, & validam esse hanc Pontificis remissionem. Nam, cum satis dubium sit, sub opinioneque positum, an bona incerta iure diuino, & naturali debeant reipublicae concedi, vel possit ipse, qui possidet, ea retinere, dum dominus non comparet, merito summus Pontifex, ne hac occasione fideles aliena surriperent, & aliorum bonis in graue suarum conscientiarum praedudium ditarentur, praecipit in cap. *Cum tu, de usuris*, ut omnia inique parva pauperibus restituerentur. Loco ergo huius restitutionis contentus est Pontifex illa leui elemosyna duorum argenteorum, reliqua debiti remissa, ob bonum fidei, & religionis. Neque verum est, pauperes dominos esse illorum bonorum. Non enim illis ea bona aliquo iure naturali, vel diuino competunt; sed solum iure positio ecclesiastico, in quo ipse Pontifex, utpote illius conditor, ob hanc honestissimam causam dispensat. Quod si ex hac dispensatione plures sumant occasionem aliena surripiendi, non dispensationi, quae iustissima est; sed eorum malitia est tribuendum.

5. Secunda versatur difficultas, an alij praeter Pontificem hanc remissionem facere possint? De Gubernatore Reipublicae, & de Episcopo dubitari potest. Breuiter respondeo, seculara lege pontificia, lata in cap. *Cum tu, de usuris*, optime potest Princeps secularis hac facere remissionem de bonis temporalibus incertis, siue bene, siue male ablati, secus de ecclesiasticis bonis. E contra vero de ecclesiasticis bonis poterit Episcopus, secus de temporalibus. Vitamque partem probos: quia illa bona incerta temporalia, casu, quo iure naturali non competant occupanti, competunt reipublicae, & consequenter eius gubernatori: ecclesiastica vero bona Ecclesiae, cuiusque Gubernatoribus debentur. Ergo secularia bona bene poterit Princeps secularis remittere; Episcopus vero in sua diocesi poterit ecclesiastica. Notanter dixi, *seclusa lege pontificia*: nam, ea stant, nequit alius, praeter Pontificem, hanc facere remissionem: quia, neque Episcopus, nec Princeps secularis, dispensare possunt in praedicta lege, & cum ex ea obligentur aliena occupantes integre restituere, excusari non possunt ob remissionem Principis, vel Episcopi; & forte ob hanc causam, & in hoc sensu negant Syluester *Restitutio*, q. 7. & 8. Cordub. *lib. 5. de indulgent. q. 4.* Rodrig. *in praesenti dub. 4. & 5.* Principes secularis, & Episcopi hanc remissionem facere posse.

6. Tertio, grauior difficultas est, an remissione facta virtute huius bullae, si creditor compareat, teneatis, ea bona restituere. In qua difficultate est certum, te non esse obligatum restituere eam partem, quam in subsidium belli impendisti, ut bene notauit Soto *dicta dist. 21. q. 2. art. 4.* Bannes *2. 2. q. 6. art. 5. dub. 8.* Nuño *in explic. Cruciat. ad finem. dub. 2.* Rodrig. *in praesenti dub. 6. n. 3.* quia ea pars ex praesumpta creditoris voluntate, & autoritate Principis consumpta est: alias ea compositio in damnum tui cederet. Secundo, certum esse debet, si post factam compositionem debita consumpsisti, neque ditior es factus, nullam tibi superesse obligationem restituendi: quia facta compositione bona fide possedisti, & consumpsisti: commune autem est, possessorem bonae fidei obligatum non esse restituere, quae bona fide consumpsit. Atque ita docent Sotus, Cordub. Rodrig. *locis allegatis*, Henric. *lib. 7. can. 34. n. 4.* Villalob. *tract. 29. n. 9.* Tertio est certum, excusatum te esse a restitutione, si post remissionem factam tempus praescriptionis necessarium currit: quia, cum bona fide possideas, praescribere optime potes, uti notauit Villalobos *supra*.

Quare controuersia inter Doctores est, an, si bona, quae tibi in hac compositione remissa sunt, extent in specie, vel reuoluntate, quatenus eorum occasione ditior factus es, cum creditor comparet, neque praesumptione te tueri potes, tenearis ea creditori reddere? Affirmant Caiet. *2. 2. q. 61. art. 6.* Corduba *lib. 5. quest. 4. vlt.* Rodrig. Villalob. *supra*. Mouentur: quia Pontifex non absolute remittit omnia illa debita; sed, dum creditor non comparet: quia non videtur rationi consonum, dominio suorum bonorum creditorem ignorum absolute spoliaré. Praeterea quod hac remissio fit ex praesumpta creditoris voluntate, quae praesumptio non potest absoluta; sed conditionata, & limitata, dum ipse non comparet: id enim est ei vitium. Secundo, creditor poterit debita illa vbi conuenienerit, vendicare, eaque postulare in iudicio, & iudex obligatus est reddere, uti tanquam certum affirmat Villalob. *de Castro. Sum. Mor. Pars IV.*

lalob. *dicto tract. 29. n. 8.* quae omnia cum non nitantur falsa praesumptioni, obligationem in foro conscientiae probant.

7. Nihilominus, est praedicta sententia tenenda, & confulenda sit, probabilitate non caret, nullam tibi esse obligationem in foro conscientiae restituendi residuum, saltem quousque à Iudice condemnaris. Sic docuerunt Bannes, & Sotus *supra*, Henric. *lib. 7. de indulg. cap. 34. num. 5.* Acofta de Andrade *in praesenti*, q. 91. & 94. Ratio est: quia negari non potest, posse Pontificem ea bona incerta sic absolute distribuere, ut nulla sit obligatio ea reddendi domino postmodum comparenti. Quippe ea distribuit, ut legitimus dispensator, & in bonum commune Ecclesiae, quale est belli contra infideles subsidium. Itemque in spirituale bonum creditorum: siquidem in ipsorum gratiam ea remissio fit. Quid autem de facto sic fuerit distributio, & remissio facta, probat tenor concessionis, in quo nulla conditio est appositae: sed absolute facta est remissio totius debiti, erogata elemosyna taxata: ergo absque fundamento alleritur, limitatam esse pro tempore, quo dominus non comparet, cum beneficium Principis restitui non debeat; & licet hoc beneficium sic late interpretatum cedat aliquo modo in creditorum praedudium, pariter illud sustinere debent ob boni communis augmentum. Quippe huiusmodi liberalitate, & absolute remissione incitantur debitores ad hanc compositionem faciendam, qua subsidium belli maxime promouetur.

8. Hinc solum manet oppositum primum fundamentum. Secundum autem petit, an hac remissio pro solo conscientiae foro proficit; an etiam pro externo, & iudiciali? Negant Cordub. Rodrig. & Villalobos *locis citatis*. Sed rectius Acofta *q. 94.* affirmat, eo quod Commissarij potestas ad hanc remissionem, & compositionem faciendam restricta non sit pro foro conscientiae, sicuti fuit restricta potestas dispensandi in impedimento affinitatis. Qua ratione diximus, potestatem dispensandi in irregularitatibus, in interdico, & pro vtroque foro prodelle: quia non fuit sub limitatione fori interni concessa. Verum, ut hac compositio in foro externo tibi proficit, & creditorem exigentem debitum possis exceptione compositionis repellere, debes, cum compositionem & remissionem obtines, praemittere autoritate Commissarij informationem, te non posse creditori debitum reddere, vel, quia non comparet, vel, quia ita est absens, ut moraliter sit impossibile. Alias, si haec informatio compositioni non praecedat, non poteris in foro exteriori aduersus creditorem te tueri: quia non constat de compositionis iustitia.

9. Quod si Iudex ob defectum huius informationis, vel esto, ea facta sit, quia credit remissionem factam esse à Pontifice, non absolute, sed, dum creditor non comparet, praecipit tibi reddere debitum, difficultate non caret, an in foro conscientiae obligatus sis obedire. Quippe videtur illud praecipium nisi praesumptioni falsa, quod Pontifex non fecerit absolutam remissionem. Verius tamen censio, te obligatum esse obedire, & debitum reddere, non, quia remissio absoluta non fuerit, sed, quia non fuit absoluta certo, & infallibiliter, sed solum sub opinione. Quo casu Iudex iuste procedit, imponens praecipium de illorum bonorum restitutione: Iudex namque potestatem habet iudicandi secundum eam opinionem, quae sibi verior, & probabilior visa fuerit. Cum autem ipse credat satis probabiliter, Pontificem fecisse remissionem, non absolute, sed pro tempore, quo dominus non comparet, iuste praecipit tibi ea bona domino comparenti reddere: tu vero videris obligatus parere: quia praecipium illud non praesumptioni falsa, sed probabilij nititur.

§. II.

Expenduntur sigillatim casus, in quibus locum habet praedicta compositio.

1. Omnia iniuste acquisita componi possunt, non comparente creatore post debitam diligentiam: & qua diligentia censentur sufficiens.
2. De fructibus beneficiorum qualiter fieri possit compositio.
3. Non habet locum in Canonicis non resistentibus, neque in Episcopis, & Parochis.
4. Compositio fieri potest in medietate legatorum, quae in satisfactionem bonorum male acquisitionum facta fuerint, si legatarij per annum negligentes extiterint.
5. Compositio fieri potest de legatis, quorum legatarij post debitam diligentiam ignorantur.
6. Iudicibus ordinariis, vel delegatis permittitur compositio in rebus susceptis ob iniquam sententiam.
7. Item, patrocinanti causam iniustam datur facultas se componendi.
8. Testi ob falsum testimonium, accusatori ob falsam accusationem, vel ob omissam accusationem debitam.
9. Iudicibus secularibus, & ecclesiasticis in causis temporalibus, ob administrationem iniustitiam.

10. Scribis, Notariis, aliisque ministris iustitiæ, ob accepta ultra taxam.
11. Lusoribus ob iniquam in dolo pariam.
12. His, qui ob simulationem paupertatis, vel sanctitatis, aliquid acceperunt.
13. Venatoribus, & piscatoribus damna inferentibus.
14. Mulieribus inhonestis, causa turpitudinis aliqua recipientibus.
15. Falsificantibus mensuras, vel alia via proximos decipientibus.
16. Inuentoribus bonorum, quorum dominus ignotus est.
17. Omnibus illicita acquirentibus permittitur compositio, domino non comparente, dummodo sub fidei compositio acq̄sita non sint.

1. Primò, inquit generaliter Pontifex, compositionem fieri posse de rebus furto, rapina, viura, & alio quouis modo illicito acquisitis, si creditor facta debita diligentia non comparer. Quæ autem debita diligentia censenda sit, arbitrio prudentis relinquatur, spectata debiti qualitate. Illud certum, illam diligentiam sufficientem esse, quam homines timorata conscientia in simili negotio præstarent, ut docent Cordub. lib. 1. q. 9. s. 1. Medin. 1. 2. q. 76. art. 2. in fine. Rodrig. in præsent. dub. 8. n. 10. Villal. n. 14.

2. Secundò, Ecclesiastici compositionem facere possunt de fructibus beneficiorum, aliisque ecclesiasticis emolumentis male perceptis, vel, quia non recitarunt Officium diuinum; vel, quia beneficium habuerant absque titulo; vel, quia excommunicati, aut irregulares extiterunt: hæc tamen conditione, ut ultra illos duos argenteos, quos in subsidium huius expeditionis erogant, pro remissione duorum millium marapinorum alios duos argenteos tribuant Ecclesiæ in qua est beneficium, pro quo fit compositio. Etenim cum iure positio ecclesiastico non recitantes Officium diuinum impediuntur ab acquisitione domini fructuum beneficiorum, sicuti, qui nullo beneficii titulo legitimo gaudent, & in probabili sententia, qui irregulares, vel excommunicati existunt, debeantque explere iure positio restituere fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus omnes fructus sic acquisitos, merito Pontifex, qui bonorum ecclesiasticorum dominus, seu dispensator est, hanc remissionem concedit sub prædicta conditione, ut ultra elemosynam in subsidium alia similis fabricæ Ecclesiæ concedatur.

3. Hæc tamen compositio locum non habet in Canonicis non residentibus, quando ob eorum defectum aliis interessentibus fructus accrescunt: quia eo casu non est creditor incertus, sed certus, ut bene notauit Acoſta q. 66. Rodrig. hic. dub. 2. n. 16. Villalobos tract. 27. claus. 13. n. 2. & tract. 29. n. 20. Similiter etiam huic compositioni locus non est in fructibus amissis ab Episcopo, Parocho, aliove curam animarum habente, ob non residentiam. Nam esto, prædicti fructus creditori certo restitui non debeant, sed Ecclesiæ, vel pauperibus sint erogandi. Concil. Trident. sess. 23. c. 1. de reformat. vers. Si quis autem expresse prohibuit hanc fieri compositionem, ibi: Prohibita quacunque conuentione, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur. & notauit Nauarr. c. 25. n. 122. Rodrig. ad Cruciat. n. 18. Villalob. n. 20.

4. Tertiò, promittit Pontifex compositionem in medietate legatorum, quæ facta fuerint in satisfactionem bonorum male acquisitorum, si legatarij per annum negligentes steterint in prædictis legatis recuperandis. Cum enim prædicta legata ex bonis iniquæ partis, & aliis debitis facta fuerint, & legatarij illorum dominium non acq̄sierint, imò ip eus acquisitione negligentes extiterint, Pontifex, tum in penam negligentia, tum in bonum Ecclesiæ, & fidei augmentum, cito, creditores sunt certi, hanc compositionem permittit, non quidem de integro legato, sed de illius medietate. Quapropter legatario integra alia medietas est concedenda, debent tamen legata non excedere summam centum mille marapinorum, alias Commissarius generalis consulendus est, & solum ex eius consensu compositio fieri potest. Atque ita tradunt Rodrig. n. 19. Villalob. n. 21.

5. Quartò, est locus compositioni in legatis: & idem est de fidei commissis, iuxta leg. A Tito. ff. de verb. obligat. leg. 1. l. ad leg. Aquil. antea factis, vel tempore publicationis faciendis, quorum legatarij, vel fideicommissarij facta debita diligentia ignorantur. Differt hic casus à præcedenti: quia in præcedenti, eò quòd noti erant legatarij, non permittebatur integra legati compositio, sed solum de medietate. At in præfenti integra permittitur, eò quòd legatarij ignoti sint. Item, in præcedenti casu legata erant in satisfactionem bonorum male acquisitorum, quòd tamen in præfenti non requiritur, ut aduertit Rodrig. n. 20. Villal. n. 22.

6. Quintò, Iudicibus ordinariis, vel delegatis permittitur compositio in rebus susceptis ob iniquam sententiam, ob dilationem causæ, vel aliam similem iniustitiam in partis præjudicium. Circa quam concessionem aduertit, parti læsæ satisfactionem integre esse præstandam, neque in hac satisfactio-

ne locum esse compositioni: quia est creditor certus, & iniuste vexatus. Deinde, si Iudex pecuniam acceperit ob iniquam sententiam, vel aliam similem iniustitiam faciendam, neque tamen præstitit, non erit locus compositioni, sed necessitudo reddenda est pecunia ei, qui dedit, vixitque non absolutè, sed sub conditione prædictæ iniustitiæ concesserit, qua conditione non posita dominium non amississe videtur. At posita ea iniustitia, esto, aliqui censeant nulla obligatione restituendi Iudicem astringi, sed in foro conscientie prædicta sic turpiter acquisita retinere posse: quia tamen alij plures Doctores contrarium firmant, vixitque conscientie secutus, & vitius. Pontifex illorum remissionem, & compositionem concedit. Quòd si Iudex non ob iniquam, sed potius ob iustam sententiam ferendam aliquid accipiat, distinguendum est, si datum fuit ob redemptionem vexationis, & ob iustum timorem, ne à parte contraria subornaretur, compositio fieri non potest, sed danti debet restitui; cum illius dominium non amiserit: at, si datum fuit liberaliter, vt eo munere motus danti fauorem præstare, locus est compositioni in sententia affirmante, obligacionem esse Iudicibus restituendi ea, quæ aduersus leges positas, prohibentes munera homines, accipiunt: at in sententia negante prædictam obligationem, quousque sententia condemnatoria accedat, cessat compositionis necessitas.

7. Sextò, Doctor, qui ob patrocinandam causam iniustam, sciente eo, in cuius fauorem patrocinatur, aliqua accipit, compositionem de acceptis obtinere potest. Nam esto, non sit apud Doctores certum, prædictam Aduocatum obligationem habere restituendi sic accepta: est tamen plurimum Doctorum: idèque Pontifex compositionem concedit, vt omnem delinquens securitatem obtineat. Ob hanc tamen obligationem non exculatur delinquens à satisfactione omnium damnorum, quæ parti contrarie ob iniustum patrocinium facta fuerint, ut in prædicta Bulla exprimitur: & merito: quia adest creditor certus, & iniuste damnificatus, ut bene notatur Rodrig. in præsent. n. 14. Villalob. n. 24.

8. Septimò, in idem recidit testis, qui ob falsum testimonium ferendum, accusator, qui ob falsam accusationem, vel ob omitteendam accusationem, ad quam erat obligatus, & generaliter omnes Notarij, Scribæ, alique ministri publici vel personæ priuatae, qui ob iniustitiam faciendam, vel diligentiam præstandam, ut fieret, aliqua acceperunt, compositionem obtinere possunt de sic acceptis: facta tamen parti læsæ integra satisfactio. Accepta enim ob turpem causam, calu, quo restituenda sunt, pauperibus, vel pijs operibus restitui debent, idèque Pontifex potest compositionem concedere, sicuti tradunt Rodriguez num. 25. & 29. & Villalobos num. 25. 26. & 29.

9. Octauò, Iudices seculares, & ecclesiastici in causis temporalibus, qui ob administrandam iniustitiam aliqua acceperunt, compositionem de sic acceptis possunt obtinere. Quòd intelligendum est, quando, qui dedit, ignoratur, vel datum fuit in causa dubia ob finem subornationis: nam extra hos casus, ut bene aduertit Villalob. num. 27. non est locus compositioni, sed danti debet fieri restitutio, si non est casus, quo in redemptionem vexationis dederit: si autem omnino liberaliter, cessat in probabili sententia restitutionis obligatio, quousque Iudicis sententia accedat, & consequenter compositionis necessitas. Notanter Pontifex, & Commissarius expresserunt, cum de Iudicibus ecclesiasticis loquerentur, compositionem facere posse de acceptis ob administrationem iniustitiam in causis temporalibus, quales sunt punire ecclesiasticum ob aliquod delictum, illi sume ad solutionem debiti compellere, tacite indicantes, accepta ob administrationem iniustitiam in causis spiritualibus, quales sunt matrimoniales, beneficiales, & ad Sacramenta, ecclesiasticamque præcepta pertinentes, compositionem esse non posse: quia est iniustitia: & ita Rodrig. in præsent. num. 27. Villalob. tract. 29. n. 27. Cæterum existimo, etiam de acceptis ob administrationem iniustitiam, & causis spiritualibus, compositionem esse posse: quia satis probabile est, non esse restituenda danti, vixitque turpitudinem committenti, ob quam iure positio ei repetitio denegatur, & dati iure, & domino priuatur, pauperibusque applicatur, in quorum locum subrogatur à Pontifice hoc belli subsidium. Pontifex autem, & Commissarius expresserunt compositionem de acceptis ob administrationem iniustitiam in causis temporalibus: quia sic accepta restitui necessitudo debent pauperibus, cum dominus est ignotus, vel causam subornationis dedit. At accepta ob administrationem iniustitiam in causis spiritualibus, exploratum non est, an, & cui sine restituenda, idèque Pontifex abstinet à prædicta compositionis expressione, opinionibus locum relinquens, vel certe id factum est, ut indicaret Pontifex compositionem in alia materia nunquam fore necessariam: quia nunquam præsumit, tam graue, atroxque delictum esse à Iudicibus ecclesiasticis committendum, vt ob administrationem iniustitiam in causis spiritualibus pretium sine recepturi.

10. Nondò, conceditur Scribis, Notariis, aliisque iustitiis ministri-

ministris, ut compositionem obtinere possint de acceptis ultra taxam sui laboris: quippe ea, quae taxam excedunt rationem pretii obtinere non possunt, ac proinde abique titulo accipiuntur: debent ergo restitui: restitutio autem facienda est danti, si fieri potest: quia fuit deceptus, & eo casu non conceditur compositio. Si verò ipsi non potest fieri, pauperibus est facienda: & tunc est locus compositioni. Sic Rodrig. & Villalob. in praesenti versus n. 18.

11. Decimò, compositio permittitur lusoribus in iis, quae ludo acquirunt, quorum restitutio facienda sit pauperibus. Hoc autem nunquam contingit, nisi quando eia, quo fuerunt acquisita, restitui non possunt. Sed, quando acquisita ludo restitui obnoxia sunt, pendendum est ex tract. de ludo, quem Deo dante, breuiter in lucem edemus. Interim videri potest Nauar. in summ. c. 19. Ludou. Lopez 2. p. instr. tract. c. 33. & seqq. Ioan. Medin. de restit. q. 21. Sorus lib. 6. de inst. q. 5. Alcozer. de ludo per totum.

12. Undecimò, compositionem facere possunt, qui simulantes sanctitatem, vel paupertatem, aliquid datum ob hanc causam non mortuum, sed finale acceperunt, nec valent dantibus restituere. Quippe tunc obligati sunt pauperibus, vel aliis pijs operibus restitutionem facere, cum illius dominium non acquirunt: datum enim ob causam, cessante causa, datum non esse censetur, de quo Rodrig. n. 47. Villal. n. 31.

13. Duodecimò, qui occasione venationis, piscationis, vel alia via alienis factis, haere dicitur, animalibus damnatum intulerint, cum obligatione restitendi, beneficio compositionis vi possunt, dummodo creditoribus, quibus damnatum factum est, restitutio non possit fieri. Quando autem obligatio restitutionis ex venatione, seu piscatione in alienis montibus, vel fluminibus, ex arborum incisione contingat, in tract. de restit. examinandum est: interim videri potest Rodriquez in praesenti, casu 12. n. 53.

14. Decimotertid, mulieres inhonestae, quae meretrices non sunt, compositionem facere possunt, si aliquid ob actum turpem acceperint: similiter etiam homines ob praedictam causam à mulieribus non vxoratis aliquid accipientes. Tacite in huiusmodi cōcessione indicatur, accepta à meretricibus compositioni non subici: & merito: quia esto turpiter accepta sint, non turpiter retinentur: ex permissione enim reipublicae fuerunt recepta. At accepta à mulieribus inhonestis, quarum turpitudine à republica punitur, plures Doctores firmant, restitutioni obnoxia esse, tametsi plures alij contrarium sentiant: & ob hanc causam Pontifex compositionem permittit. Idemque

est dicendum de hominibus, qui ob eandem turpem causam à mulieribus non vxoratis aliquid acceperint: permittitur enim illis compositio ob dubium, quod est, an sint obligati sic accepta restituere. Neque huic compositioni obstat, quod notus sit is à quo sic accepta sunt: quia ratione turpitudinis commixtae dominium illorum perdidit, & pauperes, iure se disponente, succedunt. Notanter Pontifex, & Commisarius expresserunt mulieres non vxoratas: nam vxoratae, vt prope nullam bonitatem suorum administrationem habentes, nisi ex consensu, & voluntate mariti nihil donare possunt, ac proinde quidquid ab illis fuerit acceptum, maritis restitui debet, neque compositionis est locus.

15. Decimoquartò, acquisita adulterinis mixtionibus, falsive ponderibus, aliisque simili deceptio, componi possunt, dummodo deceptis fieri non possit restitutio: quia pauperibus debentur, de quo Rodrig. casu 14. n. numer. 68. Aduerte, in praedicta deceptio perunque creditorem notum esse, saltem in genere, tamen in particulari notus non sit. Notum enim est hominibus illius reipublicae, damnatum esse factum: qui autem sint ignoratur: ergo restitutio reipublicae facienda est, vt hac via multiplicari, quoad fieri possit, satisfactionem accipiant, & consequenter non est locus compositioni, sicuti si scires, vni ex duobus rem à te possessam deberi, non posses compositione vi, sed inter illos obligatus es diuidere. Ergo sic est dicendum in praesenti: Atque ita tradit Villalob. tract. 29. n. 37. & constat ex his quae diximus tract. 1. de cons. disp. 3. p. 3.

16. Decimoquintò, permittitur compositio bonorum inventorum, quorum dominus facta debita diligentia non comparer. Nam esto, plurium Doctorum sententia firmer, inuentorem ea bona retinere posse; a ij oppositum censent: quam opinionem, vt prope securiorem, Pontifex amplectens compositionem concedit.

17. Tandem inquit Pontifex: Beneficio compositionis uti possunt quicumque rem alienam, quacunque forma, & modo, etiam illicito, acquisierint, aut retinent, creditore non comparente: dummodo non acquisierint sub spe, & fiducia huius compositionis. Quia quidem generalis clausula supra dicta specialia, & alia, quae referri possunt, comprehendit. Censentur autem sub fiducia huius compositionis acquirere, si eius occasione moueantur ad sic acquirendum, credentes beneficio compositionis retinere sic acquisita posse, saltem ex parte. Secus esset, si futura compositio sperata causa, non fuerit iniquae acquisitionis, tamen iniquam acquisitionem comitetur, vt bene aduertit Rodrig. in praesenti, num. 75. Villalobos num. 37.

